DISPOSITIO SYSTEMATICA

PLANTARUM,

QUAE IN

SYSTEMATE SEXUALI LINNAEANO

EAS CLASSES ET ORDINES NON OBTINENT,

IN QUIBUS

SECUNDUM NUMERUM ET STRUCTURAM GENITALIUM

REPERIRI DEBENT.

AUCTORE

JOANNE CHRISTIANO CRÀMER,

MED. DOCT.

MARBURGI-CATTORUM,

TYPIS KRIEGERI ACAD. TYPOGR.

MDCCCIII.

JO. CHRIST. CRAMER

DOCTORIS MEDICINAE

ENUMERATIO PLANTARUM,

QUAE

IN SYSTEMATE SEXUALI

LINNAEANO EAS CLASSES ET ORDINES

NON OBTINENT,

IN QUIBUS SECUNDUM NUMERUM

ET

STRUCTURAM GENITALIUM

REPERIRI DEBENT.

MARBURGI-CATTORUM,

TYPIS KRIEGERI ACAD. TYPOGR.

MDCCCIII.

VIRO

ANNIS ET MERITIS GRAVISSIMO

JACOBO LUDOVICO SCHELLENBERG

PASTORI ECCLESIASTICO BIERSTADTENSI

AD

AMOREM ET ANIMUM GRATISSIMUM

PRO

INNUMERIS MAXIMISQUE

IN SE

COLLATIS BENEFICIIS PUBLICE TESTANDUM

HOC QUALECUNQUE OPUSCULUM DEDICAT

AUCTOR.

PRAEFATIO.

Staminum et piſtillorum numerum inconſtantem nec non plantarum copiam illarum, quae claſſes eas in ſyſtemate ſexuali Linnaeano non obtinent, in quibus pro numero et ſtructura genitalium reperiri debent, uſum hujus ſyſtematis haud parum difficilem reddere, nemo negabit, qui plantas ipſius naturae adſpectu non ex iconibus cognovit. Hoc ipſemet expertus ſum, cum mihi hiſtoriae naturalis et inprimis ſcientiae botanicae ſtudio flagranti Gottingae per quatuor vitae meae academicae annos multas plantas in horto botanico ditiſſimo videndi et examinandi occaſio fuerit. Libelli illi, qui has plantas collectas et in juſtas claſſes redactas continent, quales illuſt.

Roth

Roth *) et Hedwig **) ediderunt, impedimento huic removendo non ſufficiunt utpote nimis breves et incompleti. In proprium itaque uſum plantas illas, quas pro numero et ſtructura genitalium falſis claſſibus et ordinibus inſertas obſervavi vel in auctoribus legi, mihi ſemper adnotavi. Hic catalogus per curriculi mei academici annos adeo increvit, ut botanophilis haud ingratum fore crederem, ſi illum typis excudendum curarem, praeſertim cum celeberrimus Hoffmann, Profeſſor Gottingenſis, et fautor mihi aeſtimatiſſimus conſilium meum probaret. Plantas igitur hasce in claſſes et ordines convenientes redegi, characteres genericos ſaepe mutavi et fixos locupletioresque dedi, nec non differen-

tias

*) Verzeichniß der Pflanzen, welche nach der Anzahl und Beschaffenheit ihrer Geschlechtstheile nicht in den gehörigen Klassen und Ordnungen des Linneischen Systems stehen, von A. W. Roth. Altenb. 1781. 8. — *Libellus diligenter elaboratus et tempore ſuo bonus.*

**) Anweißung die Pflanzen zu trocknen und zu ordnen, sie frisch nach dem Linne zu untersuchen und im System ausfindig zu machen. Für junge Botaniker. Von J. Hedwig. 1797. 8. — *Libellus nullius pretii, tum ratione introductionis in ſyſtema Linnaeanum, tum praeceptionum ad plantas exſiccandas, tum adnexi catalogi plantarum, quae juſtum locum in ſyſtemate non tenent.*

tias ſpecificas paſſim emendavi notisque quibusdam auxi. De quo ut me paulo fuſius exponam neceſſe eſt.

Praecipuum vitium operum ſyſtematicorum Linnaei eſt, quod characteres genericos tum naturales (in generibus plantarum recenſitos), tum illos contractos, qui factitii et eſſentiales dicuntur, non omnibus ſub eodem genere recitatis ſpeciebus adaequavit, ſive, ut aliis verbis loquar, quod saepiſſime ſpecies quasdam generi alicui ſubjunxit, quae cum charactere generico minime conveniunt. Linnaei axioma falſum vel ſaltem male applicatum, "*Genera non nimis ſunt multiplicanda*", ſcientiae maximum damnum intulit. Quis non cum cl. MÖNCHIO *) mavult mille genera recte determinata perſcrutari ex iisque plantam ignotam eruere, quam ex quinquaginta male deſcriptis et accumulatis plantis minimeque inter ſe invicem congruentibus unam exquirere. Character genericus omnibus ſpeciebus pari modo ſuperſtructus et tam fixe determinatus eſſe debet, ut, ſi unica vox in plantam indagandam non quadret, ſtatim hoc genus praeterire et ad aliud transgredi poſſimus. Si genera vacillant, omnia vacillant. Sed innumeris locis Linnaeus contra hoc axioma

*) *Cfr. ejus* method. *in praefat. p. VII.*

ma extra omnem dubitationis aleam positum peccavit. Pauca exempla tantum proferam.

EXACUM.

Cal. 4-phyllus. *Cor.* 4-fida: tubo globoso. *Caps.* 2-sulca, 2-locularis, polysperma, apice dehiscens.

Multae sunt species, quae cum hoc charactere haud conveniunt, secundum *Species plant. ed.* Willdenow I. 2. p. 634.

Ex. *albens.* Corollae tubus cylindricus.

Ex. *aureum.* Capsula semibilocularis bivalvis.

Ex. *sessile.* Cal. 4-partitus. Corolla subcampanulata.

Ex. *cordatum.* Corollae tubus cylindricus.

Ex. *quadrangulare.* Calyx 1-phyllus truncatus 4-dentatus. Corollae limbus clausus.

Ex. *diffusum.* Calyx 1-phyllus 4-dentatus. Capsula 1-locularis.

Ex. *tenuifolium.* Huic ill. Willdenow in differentia specifica calycem 4-partitum, in descriptione vero calycem 5-fidum tribuit.

Ex. *heteroclitum.* Calyx tubulosus 4-dentatus.

Ex.

Ex. *verticillatum* et

Ex. *hyſſopifolium.* Calyx 1-phyllus 5-fidus. Ergo character in plurimas ſpecies non quadrat. Melior eſt ille a Smithio datus: *Cor.* hypocrateriformis: tubo ventricoſo. *Anth.* rectae. *Stigm.* capitatum. — Sed etiam omnibus ſpeciebus non convenit.

RHAMNUS. L.

Genus *Rhamnus* ill. Willdenow in duo genera diſpeſcuit, ſcilicet *Rhamnus* et *Zizyphus*. Sed Rhamnus *Alaternus*, *alpinus* et *Frangula* in neutrum quadrant. Carent ſquamis petaloideis ſtamina munientibus, qua nota *Rhamnus* et *Zizyphus* a ceteris claſſis Pentandriae generibus praeprimis differunt.

HELICTERIS.

Cal. tubuloſus, oblique 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Germ.* longiſſime pedicellatum. *Styl.* ſubquinquefidus. *Capſ.* 5, 1-loculares, polyſpermae, *ſaepius* ſpiraliter contortae.

Hoc genus ill. Willdenow in *Sp. pl. III.* 1. *p.* 720. Monadelphiae Dodecandriae inſeruit. Sed unica tantum ſpecies floribus gaudet dodecandris, quinque vero decandris, una pentandris, et una polyandris. Ergo hoc

hoc genus ordini Decandriae inserendum. Vocem *saepius* ego characteri addidi. Nam 3 species capsulas non spiraliter contortas sed rectas habent. Helicteris *apetala* vero omnino differt defectu corollae, staminibus 14, et capsulis divaricatis *), quae notae sufficiunt ad proprium genus constituendum.

Sic innumera adhuc exempla dare possem, si tantum species plantarum ex professo perlegere et anomalias a charactere generico indicare vellem. Et quot hujusmodi aberrationes in libris Linnaeanis et Linnaei nomen gerentibus **) praesumendae sunt, quae non sunt indicatae! Nonne inde factum est, ut tot plantae jam cognitae pluries sub alio nomine tanquam novae descriptae sint? Quodsi botanicus talem plantam, quae ipsi nova non videtur, inquirit, nec genus conveniens invenit, necesse est, ut omnia genera affinia cum specierum differentiis et descrip-

*) *Quae pessime a Linnaeo et Willdenowio* siliquae *nominantur. Sunt capsulae leguminosae, ut in* Sempervivo, Sedo, Aconito, Delphinio &c. *Sic innumeris locis Willdenowius falsos Linnaei terminos reliquit intactos.*

**) *Species plantarum, quas ill. Willdenow edit, non sunt Caroli a Linné sed Car. Lud. Willdenowii species plantarum secundum systema Linneanum dispositae.*

ſcriptionibus perlegat. Gratulari ſibi poteſt, ſi poſt multum et ingratum laborem tandem anomaliam a charactere generis indicatam reperit, alioquin ſemper dubius haeſitat, an planta vera ſit, pro qua habet.

„*At enim hoc impedimentum non niſi diſruptione et multiplicatione generum removeri poteſt, et multiplicatio generum ſcientiam aeque difficilem reddit.*" Poſterius certe falſum eſt. Genera multa bene determinata ſcientiam faciliorem reddunt, pauciora vero at mala et ambigua difficilem. Botanicus conſequenter agens tot genera ſiſtere debet, quot partium fructificationis differentiae ſecundum axiomata ejus exigunt. Si hoc vitium eſt, non eſt vitium botanici ſyſtematici, ſed naturae quae tot diverſas plantas procreavit. Genera fixe determinata ſemper virtus primaria et cardo cujuscunque ſyſtematis botanici putanda ſunt. Quodſi botanicus de genere plantae cujusdam certus eſt, jam maximas difficultates ſuperavit. Quis botanicus non ſaepiſſime plantam aliquam in libris Linnaeanis diu fruſtra indagavit, ubi non ſubtilitas partium fructificationis, ſed character generis male expreſſus in culpa fuit.

Praecepta et axiomata generalia ad plantas proprio genere disjungendas vel conjungen-

gendas dari non possunt. Pendet hoc in omni classe et ordine a generibus sibi invicem vicinis. Quodsi igitur genus ex alia classe in aliam translocatur, vel ordo cujusdam classis novorum generum accessu valde locupletatur, saepe characterem genericum contractum (factitium vel essentialem) mutare conducit, ut genera sibi affinia et vicina meliori modo distinguantur. Quae nota itaque in hoc ordine maximi momenti, in illo saepe levis et inutilis esse potest, utpote ceteris generibus etiam conveniens. Nulla pars fructificationis generaliter excludenda est. Sunt tamen notae, quae semper maximi sunt momenti, et quae solae sufficiunt ad genera divellenda, si in plantis ceteroquin affinibus diverso modo sese exhibent. Tales v. c. sunt: Germen inferum vel superum, vel inter utrumque calycem, vel inter calycem et corollam: staminum insertio: fructus diversissima structura, ita ut diverso nomine insigni debeat Semina nuda *), Pericarpium Medicusii sive Capsula clau-

*) *Quis non miratur*, Valerianas *fructu tantopere diversas, cum aliis speciebus semen unicum papposum aliis capsula 3-locularis sit, in opprobrium philosophiae botanicae adhucdum sub eodem genere conjungi.* WILLDENOW *in* Spec. pl. I. 1. p. 185 dicit: „Valerianae fructu 3-loculari non immerito proprium genus constituunt." *Sed curnam ipse has species*

clausa. Bacca, Drupa, Antrum MEDICUSII, Capsula, Siliqua, Legumen, Folliculi, Calyx vel Corolla baccans, Receptaculum baccans: in universum omnes characteres, qui raritate excellunt, Calyx operculatus *), Nectarii Linneani (qui terminus vero res inter se admodum diversas meritoque diversis nominibus insigniendas comprehendit) rara et singularis structura etc. etc. Etiam constantem calycis vel corollae defectum huc referendum puto.

Sed haec omnia nimis generaliter dicta sunt, et specialiores leges ad genera constituenda magis exemplis quam theoretice dari possunt, quod vero arcti praefationis limites hic mihi vetant. Hoc tamen certe a quoque botanico exspectari et postulari potest, ut secundum eadem axiomata semper consequenter agat. Illustris MÖNCHII genera *Lapathum* et *Acetosa* non nisi floribus hermaphroditis vel diclinis differunt, et tamen MÖNCHIUS hanc

cies proprio genere non distinxit? An semper extranei botanici praecedere debent? Sic Bacca 1-locularis, et Capsulae 2-loculares in genere Chironia simul occurrunt!

*) *In* Calyptranthe, Eucalypto *et nonnullis* Melastomae *speciebus, quae posteriores propter hanc notam tam raram et singularem proprio genere dignae sunt, praesertim cum genus* Melastoma *tam amplum sit.*

hanc differentiam in aliis generibus neglexit. Sic Linnaeus interdum genera divulſit, quae non niſi calyce vel corolla praeſente vel deficiente differunt, in aliis vero generibus hanc differentiam nihili aeſtimavit, et ſpecies calyce vel corolla carentes cum ſpeciebus flore completo gaudentibus ſub eodem genere conjunxit.

Multis generum multiplicatio ideo diſplicet, quia memoria, cui generum denominationes jam oneri ſunt, tunc magis etiam obruatur. Sed hoc mihi ridiculum videtur. Plantarum detectarum copia adeo in immenſum accrevit, ut jam nemo polyhiſtor in re herbaria eſſe poſſit, etiamſi totam Cryptogamiam excludas. Nomina itaque plantarum, quas videndi botanico occaſio deeſt, etiam memoria tenere non opus eſt. Et quid impediret, ſi plantae, quae in Europa tum ſponte naſcuntur, tum in realem uſum vel ad voluptatem coluntur, tum in hortis botanicis plerisque educantur, quae ergo europaeorum botanicorum obſervationibus patent, centum vel aliquot centum genera plura, quam in libris Linnaeanis, conſtituerent. Jam quoque plantarum cognitarum immenſa copia efficit, ut liber talis, qui has omnes comprehendit, ex. gr. Willdenowii *ſpecies plantarum*, ad quotidianum uſum minime aptum ſit, ſed tantum

refu-

refugium praebeat in plantis dubiis et perraris, et receptaculum quasi ad Synonyma colligenda et descriptiones observationesque reservandas. In magnum vero europaeorum botanicorum commodum cederet enchiridion tale, quod in altero tomo plantas phaenogamas in Europa jam vivas observatas tum spontaneas tum ad oeconomicum vel alium usum et in plerisque hortis botanicis cultas, in altero tomo vero cryptogamiam europaeam contineret. Cui bono sunt in enchiridio descriptiones plantarum in insulis maris australis, in Japonia, in Peru et Chili nascentium, quas nullus adhucdum in Europa vivas vidit, et quarum paucissimae forsan tantum in horto Kewensi vel Parisiensi coluntur? Florae vero pleraeque contrario incommodo laborant, quod scilicet plantis extraneis in agris et hortis cultis quamvis admodum vulgaribus destitutae sunt. — Sed revertor, unde digressus sum.

Praecipuum igitur, ut dixi, vitium generum Linnaeanorum est, quod saepe species partibus fructificationis admodum diversae ad unum idemque genus relatae sunt. Divulsio istorum generum sola, ut demonstravi, huic vitio mederi potest. Nunc ad aliud haud minus vitium transeo, quod aeque Linnaeus commisit in generibus formandis. Saepissime scili-

ſcilicet characteres genericos male expreſſit, quamvis ſpecierum partes fructificationis ſatis analogae ſint, quin ſi genus ex una tantum vel paucis ſpeciebus conſiſteret. Saepe falſum characterem dedit, qui ne unicae quidem ſpeciei convenit, ſaepe, ſi genus quoddam multis notis ab affinibus generibus differt, paucas tantum indicavit et maxime diſtinctivas omiſit. Linnaeus quidem non omnia ſcire neque plantas omnes exacte obſervare potuit. Sed ſi operum ejus editores recentiores Linnaei errores ab acutiſſimis obſervatoribus jam refutatos denuo propagant, neque notas generum characteriſticas recenter inventas in uſum trahunt, quo modo hoc excuſari poteſt? Quot errores in fructus deſcriptione a Linnaeo commiſſos omni laude major Gärtnerus redarguit, quot characteriſticas notas a fructu deſumtas ſaepiſſime detexit, etiamſi illas ſubtiles a ſeminis interna ſtructura abſtractas negligere velis. Speraveram, illuſtrem Willdenowium Gärtneri opere in characteribus genericis emendandis praecipue uſurum eſſe, ſed ſpes me feſellit. Characteres Linnaei immutatos retinuit, praeterquam quod terminum *Samara* et nonnulla Gärtneri genera nova in uſum ſuum verterit. Differentias ſpecificas ſaepe egregie emendavit, ſed generum characteres certe aequali

revi-

revisione et castigatione indigent. Ex plurimis exemplis pauca tantum citemus:

GENTIANA.

Cor. 1-petala. *Caps.* 2-valvis, 1-locularis: *Receptaculis* 2, longitudinalibus.

Receptacula Linnaeus certe in somno tantum vidit. Nullum distinctum receptaculum adest, sed semina valvularum parietibus vel interdum suturae affixa sunt. Quamvis igitur error iste a multis observatoribus, inprimis a Gârtnero, Schrebero (*in additamentis ad gen. pl. p.* 825.), et Froelichio reprehensus sit, tamen denuo in species plantarum Willdenowii irrepsit. —

HYPECOUM.

Cal. 2-phyllus. *Pet.* 4: exterioribus duobus latioribus. *Fructus* Siliqua. L.

Willd. *Sp. pl. I.* 2. *p.* 704.

Primum vox Siliqua admodum superflua est. Deinde fructus non est siliqua, sed *Pericarp.* subarticulatum multiloculare: loculis simplici serie longitudinali digestis. *Sem.* solitaria, insertione bilaterali alternante. Gærtner II. p. 164. t. 115. Hunc egregium characterem, qui majoris momenti est, quam pe-

* tala

tala 2 latiora, ill. Willdenowius dare, vel ſiliquam alio modo definire debuiſſet in libro ſuo: *Grundriſs der Kraeuterkunde.*

RAPHANUS.

In hoc genere ſimile *Pericarpium teres ſubarticulatum, loculis ſibi ſimplici ſerie vel per paria ſuperimpoſitis* occurrit, quod etiam contra omnia axiomata philoſophiae botanicae *Siliqua* vocatur. Bilocularis dicitur in differentiis ſpecificis, ſi loculi ſibi per paria ſuperimpoſiti ſunt, unilocularis vero, ſi ſimplici ſerie ſuperimpoſiti ſunt! Quam egregia terminologia!!

BUNIAS.

Silicula ſubtetraedra evalvis 2-ſ. 4-locularis rugoſa!!

WILLD. *Sp. pl. III.* 1. *p.* 410.

Hoc genus ſpecies fructu admodum diverſas continet. Plerisque eſt drupa corticata, vel 2-locularis loculis ſibi ſuperimpoſitis, vel 4-locularis, loculis ſibi per paria ſuperimpoſitis. Quis botanicus ſanus talem fructum *ſiliculam* appellare poteſt? Ipſe Linnaeus in deſcriptione Buniadis *ſpinoſae* dicit: *Silicula ſeu potius Drupa ſuberoſa* — — *Nux* 2-*locularis etc.* Poſterius veritati conſentaneum eſt.

L I P P I A.

Cal. 4 - dentatus, ſubrotundus, erectus compreſſo - membranaceus. *Capſ.* 2 - locularis, 2 - ſperma, recta. L.

WILLD. *Sp. pl. III.* 1. *p.* 356. —

GÆRTNERUS I. p. 266. ſequentem dat characterem: *Cal.* 4 - dentatus permaturitatem 2 - valvis. *Cor.* infundibuliformis 4 - fida. *Sem.* 2, oſſea, calyce corticata. — Linnaeus ergo neſcivit, capſulam ſuam putatitiam nihil aliud eſſe, quam calycem perſiſtentem induratum, ſed WILLDENOWIUS hoc ex GÆRTNERO et generibus SCHREBERI ſcire potuiſſet.

R I C H A R D I A.

Cal. 6 - partitus. *Cor.* 1 - petala, ſubcylindrica. *Sem.* 3. L.

WILLD. *Sp. pl. II.* 1. *p.* 222. —

Capſ. infera, 3 - cocca, 3 - locularis, 3 - partibilis. *Sem.* ſolitaria. GÆRTNER *I. p.* 123. 124. *t.* 25. *f.* 11. Ergo fructus talis, a Linnaeo pro ſeminibus nudis habetur, et cl. WILLDENOWIUS hunc errorem denuo in aliquot decennia propagavit.

XYLOPHYLLA.

Cal. 5-partitus, coloratus. *Cor.* o. *Stigm.* lacera. *Capſ.* 3-locularis. *Sem.* gemina.

Hoc genus ill. Willdenowius in *Sp. pl. I. 2. p.* 1500, uti Linnaeus, claſſi Pentandriae inſeruit. Ipſe verba clariſſ. Swartzii allegat: „Ill. a Linné auctoritate Brownii fiſus Xylophyllam ad Pentandriam Trigyniam retulit, cujus claſſis genus minime eſſe poteſt. Flores in diverſis ſpeciebus variant, polygami et monoici, hexandri et triandri. Numerus vero triandrus horum frequentior." Linnaeus in generibus plantarum *) interrogat: „*an ſexus in his ſeparatio? Ipſe flores non vidi.*" Cur ergo ill. Willdenowius auctoritate acutiſſimi Swartzii fiſus, qui omnes ſpecies vivas obſervavit hoc genus ad Monoeciam Triandriam non retulit pone Phyllanthum, a quo vix niſi foliorum crenis floriferis differt, charactere ſequente:

Cal. 6-partitus, coloratus. *Cor.* o. *Stam.* 3-6. *Stigm.* lacera. *Capſ.* pedicellata, 3-cocca, elaſtica. *Sem.* gemina. ♂ et ♀ ut in ☿.

Patet exinde, ill. Willdenowium Linnaei deſcriptionibus a figuris Brownii et Pluquenetii

*) *Ed.* Schreber *no. 511. Additamentum ad hoc genus p. 826. Willdenowius etiam non vidit.*

tii desumtis majorem fidem habere, quam Swartzii observationibus in vivis plantis factis. Nimis audacter et absque sufficientibus rationibus statim omnia corrigere et reformare velle, periculosum est; contrarium vero, si quis nimis timidus errores adeo evidentes corrigere non audet, sed eos semper denuo dissеminat, majus damnum scientiae adfert.

Clarus Willdenow bene de re herbaria meritus est, quod in editione sua specierum plantarum differentias specificas saepe egregie emendavit, et passim succinctas descriptiones observationesque dedit, partim proprias, partim ex aliis auctoribus excerptas. Sed hoc fere unicum ejus est meritum, at satis magnum. Minoris pretii aestimanda est locupletatio hujus libri plantis post ultimam editionem detectis. Error Linnaei vel aliorum revelatus, character generis alicujus emendatus, dubia differentia specifica certa reddita, observationes bonae de plantis antea minus cognitis, hujusmodi merita scientiae majorem utilitatem procreant, quam multae novae plantae detectae. Non tantum Hedwigii meritum esset, si mille species muscorum primus detexisset, neque genera eorum novo modo tam egregie determinasset. Illustris Willdenow scientiam multis augmentis cumulasset, si

I. multa genera, quae ſpecies partibus fructificationis ſatis diverſas continent, disjunxiſſet.

II. ſi characteres aliorum generum, quorum divulſio non neceſſaria eſt, meliori modo, quam a Linnaeo ſaepe factum eſt, determinaſſet.

III. ſi ſynonyma multa minus neceſſaria omiſiſſet, et eorum loco

IV. ſpecies deſcriptionibus et obſervationibus carentes ſuccincte deſcripſiſſet.

De capite primo et ſecundo jam ſententiam meam declaravi. Quod ad reliqua attinet, quid proſunt pleriſque botanicis ſynonyma Pluquenetii, Bocconis, Dalechampii, Tabernaemontani et aliorum librorum? Cui bono ſynonyma Florae germanicae celeberrimi HOFFMANNI in plantis, quarum differentias ſpecificas Linnaeanas hic tantum dedit? — Multis quidem ſpeciebus clarus Willdenow, ut dixi, etiam deſcriptiones et obſervationes adjecit. Quodſi vero ceteras quoque ſpecies, quantum fieri potuiſſet ex propriis obſervationibus vel ex ſynonymis aſteriſco *) notatis characteriſtice deſcripſiſſet, quemadmodum a cel.

*) *Ill.* WILLDENOW *citata illa, quae deſcriptiones vel obſervationes continent aſteriſco* (*) *notavit, quod laudandum. Talia ſynonyma ſola utilia ſunt.*

cel. SMITHIO in Flora brittanica factum eſt, tunc certe omnium fere botanicorum votis ſatisfeciſſet. Inprimis excerpta e libris pretioſiſſimis, v. c. ROXBURGHII, JACQUINI aliorumque neceſſaria ſunt. Tales libri, quos non niſi ditiſſimus ſolvere poteſt, parum utilitatis praebent, niſi textus viliori pretio botanicis traditur. —

Linnaei ſyſtema nunc fere omnes botanophili ſequuntur, et libros ejus *) quotidie volvunt. Hinc errores et veritates nullibi magis diſſeminantur, quam in Linnaei libris **). Quam multa inde et ardua officia editori eorum recentiori incumbant, per ſe liquet. Gravia iſta officia et vegetabilium detectorum copia ingens mihi perſuadent, editionem ſpecierum plantarum haud amplius unius viri laborem eſſe poſſe, ſed concurſum communem plurium botanicorum requirere. Si v. c. botanici celeberrimi WILLDENOW, de SCHREBER, HOFF-

*) *Hic praeſertim genera et ſpecies plantarum et Syſtema vegetabilium intelligo.*

**) *Haec quoque cauſſa eſt, cur exempla ad argumenta mea praecipue e* WILLD. ſpec. pl. *depromſi. De hac editione tanquam noviſſima plus exſpectari et poſtulari poteſt, quam de alia, ſi augmenta perpendas, quae tot egregiorum virorum indefeſſo labore ſcientia recentioribus hauſit. Quae igitur dixi, de hoc opere dixi non de auctore, quem maximi aeſtimo.*

Hoffmann, Schrader etc. *) ſimul hunc laborem ſuſcepiſſent et ſecundum claſſes inter ſe dividiſſent, ſibique invicem obſervationes et herbaria ſua communicaſſent; tunc non niſi in maximum libri bonum cedere potuiſſet, et hoc opus breviore temporis ſpatio in manus botanicorum veniſſet. — —

En, Lector Benevole, rationes meas, cur characteres generum factitios Linnaei non verbotenus in hoc opuſculo retinui, ſed saepiſſime mutavi, et, ut opinor, magis fixos et certos propoſui. Inde quoque factum eſt, ut nonnulla nova genera aliorum auctorum, inprimis Gærtneri et Mönchii mea feci. Quin imo proprio auſu Plumierii genus *Zanonia*, quod fructu a generis *Commelina* et *Tradeſcantia* mirifice differt, reſtitui, et genus *Cuphea* ſpeciebus quibusdam antea ad *Lythrum* relatis auxi. Nonnunquam, v. c. in generibus no. 15. 40. 56. 88. 177. 197. 396. characterem ita determinare coactus fui, ut tantum in ſpeciem a me citatam quadret, ne dubium ullum de planta mea ſuperſit. Quodſi

*) *Praeſertim cum poſterioribus bibliotheca academica pateat, quae in nulla alia ſcientia aeque dives eſt, quam in hiſtoria naturali. Similiter liceat mihi optare, ut clarus* Willdenow *in cryptogamia claſſem fungorum acutiſſimo et indefeſſo* Persoonio *elaborandam traderet.*

Quodſi lectoribus nonnullis characteres quidam forſan nimis ſubtiles videantur, bene perpendant, characterem ſubtilem at verum et conſtantem meliorem eſſe, quam ambiguum et falſum. In graminum et compoſitorum familia omnes fere characteres etiam ſubtiles ſunt.

Praecipuum uſum mihi praeſtitit opus claſſicum et aere perennius JOSEPHI GÆRTNERI, *de fructibus et ſeminibus plantarum*, quod omnes alios libros obſervationum egregiarum ubertate atque ſermonis concinnitate et perſpicuitate antecellit, neque minus iconum praeſtantia et fide eminet. Magnum mihi quoque adminiculum fuit celeberrimi MÖNCHII *Methodus, plantas horti botanici et agri Marburgenſis a ſtaminum ſitu deſcribendi.* Eas tantum plantas, quod laudandum eſt, egregius auctor in hoc libro recenſuit, quas per ſex annos Marburgi ipſi accurate obſervare contigit, et ſemper comparatis affinibus plantis characteres inprimis diſtinctivos eruere ſtuduit. Hoc tanto ſucceſſu fecit, ut liber iſte theſaurum obſervationum eximiarum contineat. Saepiſſime ubi omnes Linnaei libri de planta aliqua me dubium relinquerunt, ſolus me certum reddidit. *) Utinam omnes hortorum

*) *Optandum eſt, ut clariſſimus auctor in altera editione, qua talis liber non carere poteſt, genera pauca, quae*

rum botanicorum praefecti aequali deligentia plantas ſuas examinarent et ſimilium notas diſtinctivas magis magisque detegere tentantes non in Linnaeo tantum acquieſcerent.

Ceteros libros, qui mihi uſui fuerunt, in textu indicavi. Differentias ſpecificas, quantum potui, dedi certas, quamvis interdum prolixiores. Ridiculum mihi videtur, differentiam plantae, quae cum multis aliis admodum convenit, pauciſſimis verbis exprimere velle. Claſſibus iis, quae ſat multa genera comprehendunt, ſynopſin eorum characteriſticam praemiſi, quae ſcrutatori praeſertim tironi multum levaminis praebet, et in nullo ſyſtematico libro negligenda eſt. Cum quoque terminologia omnium botanicorum conſenſu nondum ex voto expolita ſit, nonnullos terminos nondum generaliter receptos, inprimis Gærtneri, Mönchii et Medicusii, in

quae nimis liberaliter et leviſſimis notis ſuffultus disjunxit, v. c. Allium *et* Cepa, Andromeda *et* Chamaedaphne, Blitum *et* Amaranthus, Lapathum *et* Acetoſa *iterum conjungat, ſermonem hic illicve puriorem et magis concentratum raddat, errores quosdam certe jam a ſe ipſo obſervatos deleat, et ſynonyma minus utilia, v. c. Moriſonii, omittat. Tunc certe hic liber plantis ab auctore hucusque exacte obſervatis auctus qua Enchiridion omnes alios antecellet.*

in usum meum verti, quorum catalogum huic praefationi adnexi.

Haec sunt, quae de hoc qualicunque opusculo, quod jam pristino anno, cum Gissae gradum Doctoris capesserem, tanquam inauguralem dissertationem edere constitueram, cui scopo autem nimis prolixum videbatur, praemonenda habui.

Non possum etiam non hic publice gratias agere maximas viris celeberrimis mihique ad cineres usque colendis HOFFMANNO, Professori Gottingensi, et PERSOONIO, qui me tum bibliothecis suis amicissime sustentarunt, tum aliis multis beneficiis accumularunt.

Vale, Benevole Lector, mihique fave.

Scripsi in vico Kierstadt prope *Wiesbaden*, mense Junio. MD.C.C.CII.

Joannes Christianus Cramer.
Med. Doct.

EXPLI-

EXPLICATIO

quorumdam terminorum nondum generaliter receptorum aut nondum rite definitorum.

Antrum. Conceptaculum ſucculentum, carnoſum, aut corticoſum, intus cavitate inani gaudens, in qua ſemina libera, nec ſucco vel carne arcte obvoluta jacent. Differt igitur a bacca, quod haec intus tota repleta eſt ſucco vel carne, cui ſemina immerſa ſunt, quae proinde non ſine pulpa adhaerente eximi poſſunt. Antri vero ſemina cum pulpa non contigua, ſed ab ea munita ſunt membrana ejus interna plus minusve ſolida, et ſicca

ſicca eximi poſſunt. Si membrana interna carnis admodum firma et quaſi cornea ac diaphana eſt, *pomum* a Linnaeo dicitur. Medicus.

Calycinus, calyci inſertus. Stamina calycina, i. e. calyci inſerta. Corolla calycina, i. e. calyci inſerta.

Calyciformis *corolla*. Corolla craſſitie, duritie, perſiſtentia et colore rudi calycem aemulans. Talis corolla a Linnaeo ſaepiſſime *calycina* dicitur, quod erroris evitandi cauſſa hic memoro.

Gynandria. Stamina piſtillo inſerta characterem hujus claſſis conſtituunt. Stamina igitur vel germini vel ſtylo vel ſtigmati affixa eſſe debent. Sin pedicello germinis vel thalamo in formam ſtyli elongato inſerta ſunt (ut in Paſſiflora, Gluta, Piſtia, Aro, Dracontio etc.) hanc claſſem non intrant.

Icosandria et

Polyandria. Character claſſis Polyandriae a Linnaeo definitur: Stamina 20 vel plura in eodem cum germine thalamo, *ſive* Stamina 20 vel plura receptaculo inſerta. Claſſis Icoſandria vero ſic definitur: Stamina 20 vel plura, calyci affixa. Quamnam vero claſſem intrare debent plantae, quae ſtaminibus 20 vel pluribus gaudent corollae inſertis? Character claſſis Icoſandriae ergo ſic definiendus: Stamina 20 vel plura calyci vel corollae inſerta.

Parapetalum. Petalum figura a ceteris petalis omnino diſcrepans, et intra florem collocatum. Plerumque a Linnaeo nectarium vocatur.

Pericarpium eſt idem, quod capſula clauſa *ſive* nunquam dehiſcens Linnaei. Eſt igitur conceptaculum membranaceum, coriaceum, vel lignoſum, nunquam ſponte dehiſcens, ſemine libero et tunica ſua propria veſtito foetum. Medicus. Subſpecies hujus fructus eſt

Sama-

SAMARA. Conceptaculum membranaceum, compreſſum, nunquam ſponte dehiſcens, nec ſuturis notatum, et in foliacem formam prope latera aut ad verticem explanatum. *Ulmus. Fraxinus. Acer. Ptelea.*

SCLERANTHUM *ſemen*, a σκληρὸς durus et ἄνθος flos, ſemen calyce vel corolla perſiſtente indurata et arcte ſibi adnata tectum. MÖNCH.

RECEPTACULUN et

THALAMUS. Receptaculum mihi ſemper denotat receptaculum ſeminis, ſive partem conceptaculi internam diſtinctam, cui ſemina affixa ſunt, v. c. receptaculum centrale liberum. Thalamus vero mihi ſignificat baſin, cui flos affigitur, v. c. Stamina thalamo (receptaculo L.) inſerta. Thalamus paleaceus etc.

THALAMEUS, i. e. thalamo inſertus. Stamina thalamea, i. e. thalamo inſerta. Corolla thalamea, i. e. thalamo affixa.

THE-

Theca significat vel capſulam dehiſcentem plus minus mollem, pulpoſam, carnoſam etc. ſeminibus nudis foetam, vel capſulam dehiſcentem ſiccam, baccis, drupis, vel antris repletam.

(*) Aſteriſcus ante numerum generis in hoc libello denotat, hoc genus etiam in Flora germanica occurrere. Non ſemper vero etiam ſpecies a me citata in Germania occurrit.

CLAS-

CLASSIS I.

MONANDRIA.

MONOGYNIA.

* *Flores incompleti.*

* 1. VALERIANA. *Cal.* o *Cor.* 1-petala, infundibuliformis: limbo 4-5-fido, ſaepe baſi gibba. *Sem.* inferum, pappoſum.

* 2. APHANES. *Cal.* 1-phyllus, tubuloſus, ore 4-partito ſtaminifero. *Cor.* o. *Styl.* lateralis. *Pericarp.* 1, calyce tectum.

3. ZOSTERA. *Spadix* linearis intra foliorum vaginam, hinc florifer. *Cal.* o. *Cor.* o. *Anth.* ſeſſilis. *Stigm.* 2, linearia. *Capſ.* 1-ſperma.

** *Flores completi inferi.*

4. PHRYNIUM. *Cal.* 3-phyllus. *Pet.* 3. *Parapetalum* 1-phyllum, tubo filiformi, limbo 4-partito. *Capſ.* 3-locularis. *Nuces* 3.

5. TRADESCANTIA. *Cal.* 3-phyllus. *Pet.* 3. *Styl.* breviſſimus. *Stigm.* villoſum. *Capſ.* 3-locularis, 3-valvis: loculis diſpermis.

6. MANGIFERA. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Stam.* 5, unico fertili. *Drupa* reniformis: *putamine* ſolitario, fibris lignoſis crinito.

*** *Gramina.*

* 7. CYPERUS. *Glumae* ſimplices carinatae diſtiche imbricatae in ſpiculas oblongas, compreſſas, ancipites. *Sem.* 1, villis ad baſin nullis.

* 8. SCIRPUS. *Glumae* ſimplices convexae undique imbricatae in ſpiculas ovatas, non compreſſas. *Sem.* 1, villis ad baſin nullis.

9. KYLLINGIA. *Capitulum* globoſum, imbricatum. *Cal.* 2-valvis 1-florus. *Cor.* 2-valvis. *Sem.* 1, triquetrum, villis deſtitutum.

D I G Y N I A.

* *Plantae.*

* 10. *a*) POLYCNEMUM. *Cal.* 2-phyllus, perſiſtens. *Pet.* 3, inaequalia, perſiſtentia. *Capſ.* ſupera, utricularis, tenuiſſima. *Sem.* 1, erectum.

* 10. *b*) SALSOLA. *Cal.* 5-partitus, perſiſtens. *Cor.* 0. *Sem.* 1, cochleae inſtar ſpirale, integumento membranaceo friabili tectum.

** *Gramina.*

11. LEERSIA. *Cal.* 0. *Cor.* 2-valvis, clauſa.

* 12. AGROSTIS. *Cal.* 2-valvis 1-florus, corolla brevior. *Cor.* 2-valvis. *Stigm.* longitudinaliter hiſpida.

M O N O G Y N I A.

* 1. VALERIANA. *Cal.* 0. *Cor.* 1-petala infundibuliformis, baſi ſaepe gibba: limbo 4-5 partito. *Sem.* 1, inferum, pappo ſeſſili plumoſo incurvo coronatum.

1. V. *rubra*, fol. ovato-lonceolatis integerrimis dentatisve glaberrimis; flor. monandris baſi gibbis.

2. V. *anguſtifolia*, fol. linearibus integerrimis; flor. monandris baſi gibbis.

3. V. *Calcitrapa*, caule fistuloso; fol. pinnatifidis, lacinia extrema maxima; bracteis connatis alterne lanceolatis; racemis paniculatis secundis; flor. monandris. (Triand. Monog.)

* 2. APHANES. *Cal.* 1-phyllus tubulosus, ore subquadripartito. *Cor.* o. *Stam.* 1, raro 2, ori calycis affixa. *Styl.* basi germinis adnatus. *Pericarp.* 1, calyce tectum.

1. A. *arvensis*, hirsuta; fol. 3-lobis, lobis tri-et bipartitis; flor. axillaribus confertis. (Tetrand. Monogyn.)

3. ZOSTERA. *Spadix* linearis intra foliorum vaginam, hinc floriter. *Cal.* o. *Cor.* o. *Anth.* sessilis, germini opposita. *Stigm.* 2. *Caps.* 1-sperma.

1. Z. *marina*, capsulis sessilibus. SMITH *Flor. britt.* I. p. 7. (Monoec. Monand.)

4. PHRYNIUM. *Cal.* 3-phyllus. *Pet.* 3, aequalia, tubo parapetali adnata. *Parapet.* 1-phyllum, tubo filiformi, limbo 4-partito. *Caps.* 3-locularis. *Nuces* 3.

1. P. *capitatum*, fol. ovatis; petiolis floriferis; flor. capitatis. (*Pontederia ovata L. Syst. Veg. p. 334. Hexand. Monog.*)

5. TRADESCANTIA. *Cal.* 3-phyllus, foliolis lanceolatis concavis. *Pet.* 3, lanceolata, calyce breviora. *Styl.* brevissimus. *Stigm.* villosum. *Caps.* 3-locularis, 3-valvis: loculis dispermis.

1. Tr. *monandra*, diffusa; foliis ovatis acuminatis; pedunculis axillaribus multifloris; floribus monandris. SWARTZ *Flor. Ind. occ. I. p. 597.* (Hexand. Monog.)

6. MANGIFERA. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Stam.* 5, unico fertili. *Drupa* maxima, reniformis: *putamen* solitarium, fibris lignosis crinitum.

1. M. *indica*, fol. oblongo-lanceolatis; flor. submonandris. — (Pentandr. Monogyn.)

* 7. CYPERUS. *Glumae* ſimplices, carinatae, diſtiche imbricatae in ſpiculas oblongas compreſſas, ancipites. *Sem.* 1, villis ad baſin nullis.

1. C. *monoſtachyos*, culmo triquetro nudo; ſpica ſimplici ovata terminali, ſquamis mucronatis.

2. C. *filiformis*, culmo triquetro nudo filiformi; fol. ſetaceis; ſpicis terminalibus ſeſſilibus confertis tereti-ſubulatis.

3. C. *nitens*, culmis triquetris baſi folioſis; umbellis ſubſimplicibus; involucro triphyllo; floribus monandris.

4. C. *flavidus*, culmo triquetro ſtriato; umbella compoſita triphylla; ſpicis lanceolatis; ſquamulis monandris.

5. C. *tenuis*, culmo triquetro nudo; umbella ſimplici; ſpiculis ſubulatis confertis horizontali-reflexis; foliis involucri lineari-ſetaceis.

6. C. *vegetus*, culmo obtuſe triquetro: umbella compoſita; ſpiculis lanceolatis aggregatis monandris; involucro polyphyllo longiſſimo.

7. C. *leucocephalus*, culmo ſetaceo triquetro nudo; capitulo ſeſſili terminali; involucro ſubtetraphyllo patentiſſimo; floribus monandris. RETZ *obſ. 5. p. 11. An Cyperus* dubius ROTTB. *gram. 20. t. 4. f. 5?*

* 8. SCIRPUS. *Glumae* ſimplices, convexae undique imbricatae in ſpiculas ovatas (non compreſſas). *Cor.* o, (raro 2-valvis). *Sem.* 1, plerumque villis deſtitutum.

1. Sc. *monander*, culmo ſetaceo triquetro; involucro triphyllo longo; capitulo ſeſſili glomerato; floſculis monandris.

2. Sc. *atropurpureus*, culmis ſetaceis teretibus faſciculatis; ſpicis terminalibus ovatis ſolitariis; floribus monandris.

3. Sc.

3. Sc. *aestivalis*, culmis depressis triquetris nudis; umbellis compositis involucratis; floribus monandris.

4. Sc. *anomalus*, culmo triquetro folioso; panicula terminali brevi; spiculis ovatis; floribus corollatis, infimis monandris, superioribus diandris. *Vix hujus generis ob corollam bivalvem.*

9. KYLLINGIA. *Capitulum* globosum, imbricatum. *Cal.* 2-valvis, 1-florus. *Cor.* 2-valvis. *Stam.* 1, 2, 3. *Sem.* triquetrum, villis destitutum.

1. K. *monocephala*, culmo filiformi triquetro; capitulo globoso sessili; involucro triphyllo longissimo.

DIGYNIA.

*10. *a*) POLYCNEMUM. *Cal.* 2-phyllus, persistens. *Pet.* 3, inaequalia, persistentia. *Caps.* supera, utricularis, tenuissima. *Sem.* 1, erectum.

1. P. *monandrum*, fol. linearibus acutis; caule erecto. PALLAS *It. I. app. n. 94. t. G. f. 1.*

10. *b*) SALSOLA. *Cal.* 5-partitus, persistens. *Cor.* 0. *Sem.* 1, cochleae instar spirale, integumento membranaceo friabili tectum.

1. S. *monandra*, caule herbaceo ramoso subaphyllo; foliis teretibus carnosis; floribus monandris.

11. LEERSIA. *Cal.* 0. *Cor.* 2-valvis, clausa: (valvula *exterior* subrotunda carinata laevissima mutica, *interior* linearis exteriore inclusa carinata).

1. L. *monandra*, panicula effusa; spicis remotis laxis, flosculis secundis subrotundis monandris, glumis laevibus. SWARTZ *Flor. Ind. occ.*

*12. AGROSTIS. *Cal.* 2-valvis, oblongus, 1-florus, corolla brevior. *Cor.* 2-valvis. *Stigmat.* longitu-

gitudinaliter hispida. *Sem.* valvulis carollae tectum.

1. A. *Cinna*, panicula contracta caerulescenti-glauca mutica; floribus acuminatis submonandris; fol. planis scabris. MÖNCH. Cinna *arundinacea* L.

CLASSIS II.

DIANDRIA.

MONOGYNIA.

* *Flores superi.*

13. BOERHAVIA. *Cal.* obverse conicus, integerrimus, cum corolla continuus. *Cor.* campanulata plicata. *Sem.* 1, calyce indurato tectum.

14. FEDIA. *Cal.* 2-partitus, persistens. *Cor.* subringens, tubo filiformi, limbo 5-partito *Stigm.* 2-fidum. *Pericarp.* 3-loculare; loculo uno fertili 1-spermo.

** *Flores inferi completi 1-petali.*

15. LIMOSELLA. *Cal.* 3-dentatus. *Cor.* 4-partita aequalis. *Styl.* incurvus. *Stigm.* peltatum. *Caps.* 1-locularis, 2-valvis, polysperma.

16. CATALPA. *Cal.* 2-partitus. *Cor.* campanulata, tubo ventricoso, limbo obtuso subbilabiato, labio superiore emarginato, inferiore tripartito. *Stigm.* 2-lamellatum. *Siliqua* spuria. *Sem.* alata.

17. BIGNONIA. *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* campanulata, tubo ventricoso, limbo 4-lobo inaequali crenulato-undulato. *Stigm.* 2-lamellatum. *Siliqua* spuria. *Sem.* lanata!

18.

18. MARTYNIA. *Cal.* 5-phyllus, inaequalis. *Cor.* ſubcampanulata, limbo ſubbilabiato 5-fido, laciniis 3 inferioribus majoribus, intermedia maxima emarginata. *Theca* lignoſa, 4-locularis.

*** *Flor. inferi completi polypetali.*

*19. LYTHRUM. *Cal.* cylindricus 4-dentatus. *Pet.* 4, calycina. *Stam.* calycina. *Capſ.* 2-locularis.

20. ORNUS. *Cal.* 4-partitus. *Pet.* 4, linearia. *Stam.* thalamea. *Samara* lanceolata.

21. COMMELINA. *Cal.* 3-phyllus. *Pet.* 3. *Stam.* thalamea. *Nect.* 3-4, cruciformia pedicellata. *Capſ.* 2-3-locularis. *Sem.* pauca.

*22. NASTURTIUM. *Cal.* 4-phyllus patens, foliolis concavis. *Cor.* 4-petala cruciata aequalis. *Glandulae* 0. *Stylus* brevis. *Stigm.* obtuſum. *Silicula* ovata, emarginata, margine membraneo, antice latiore; loculis 1-ſpermis.

23. CORONOPUS. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 4-petala unguiculata, cruciata. *Pericarp.* didymum emarginatum, reticulato-rugoſum, ſtylo exiguo terminatum, 2-loculare. *Sem.* ſolitaria.

24. VIOLA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala, irregularis, calcarata. *Stam.* 5, 3 ſterilia. *Capſ.* 1-locularis, 3-valvis.

**** *Flores incompleti.*

25. PIMELEA. *Cal.* 0. *Cor.* 1-petala, ventricoſa, fauce anguſtata, limbo 4-fido. *Stam.* corollina. *Nux* corticata 1-locularis.

*26. NASTURTIOIDES. *Cal.* 4-phyllus, patens, foliolis concavis. *Cor.* 0. *Glandulae* 0. *Stigm.* ſeſſile, obtuſum. *Silicula* orbicularis, apice emarginata. *Sem.* ſolitaria.

*27. SALICORNIA. *Cal.* 1-phyllus, angulatus, perſiſtens. *Cor.* 0. *Styl.* ſimplex. *Stigm.* 2-fidum. *Sem.* 1, calyce tectum.

***** Gra-

***** *Gramina.*

*28. SCHOENUS. *Glumae* paleaceae 1-valves, congestae. *Cor.* o. *Sem.* 1, subrotundum inter glumas.

*29. CYPERUS. *Glumae* paleaceae, distiche imbricatae. *Cor.* o. *Sem.* 1, calvum.

*30. SCIRPUS. *Glumae* paleaceae, *undique* imbricatae. *Cor.* o. *Sem.* 1, plerumque calvum.

DIGYNIA.

31. BUFFONIA. *Cal.* 4-fidus, laciniis 2 majoribus. *Cor.* 4-petala. *Caps.* 1-locularis 2-valvis 2-sperma.

*32. POLYCNEMUM. *Cal.* 2-phyllus, persistens. *Cor.* 3-petala, inaequalis, persistens. *Caps.* utricularis tenuissima. *Sem.* 1.

33. SALVIA. *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* ringens. *Filam.* transversim pedicello affixa. *Pericarp.* 4, 1-sperma

34. QUERIA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* o. *Pericarpium* globosum tenuissimum 1-spermum.

*35. SALIX. *Amentum* imbricatum squamis 1-floris. *Cor.* o. *Glandula* baseos vel simplex vel duplex. *Stigm.* sessilia. *Caps.* 1-locul. 2-valvis. *Sem.* minima, cincta basi pappo simplici.

*37. BROMUS. *Cal.* 2-valvis multiflorus. *Cor.* 2-valvis: valvula exteriore sub apice aristata. *Sem.* corolla tectum.

*38. AGROSTIS. *Cal.* 2-valvis, 1-florus, corollâ brevior. *Cor.* 2-valvis. *Stigm.* longitudinaliter hispida. *Sem.* corolla tectum.

*39. POA. *Cal.* 2-valvis, multiflorus. *Spicula* ovata: valvulis margine scariosis acutiusculis.

TRIGYNIA.

40. HOLOSTEUM. *Cal.* 5-phyllus. *Pet.* 5, 2-partita. *Stam.* thalamea. *Stigm.* sessilia. *Caps.* 1-locularis.

*41. EUPHORBIA. *Cal.* ventricofus 4 - 5 - dentatus minimus. *Pet.* 4 - 5, margini calycis inferta. *Germ.* pedicellatum. *Styli* 3, 2 - fidi. *Capf.* 3 - cocca.

MONOGYNIA.

13. BOERHAAVIA. *Cal.* inverfe conicus, fubangulatus, edentulus, cum corolla continuus, poft florefcentiam claufus. *Cor.* 1 - petala, campanulata, plicata. *Nect.* carnofum, fubcylindricum, ftaminiferum. *Sem.* calyce indurato tectum.

1. B. *erecta*, caule tetragono glabro, internodiis vifcofis; flor. corymbofo - paniculatis. *Willd.* B. *erecta*, caule erecto; foliis ovatis acutis fubundulatis glabris; fructibus turbinato - clavatis muticis. SWARTZ.

2. B. *diffufa*, caule tereti pubefcente; flor. capitato - corymbofis. *Willd.* B. *diffufa*, caule diffufo glabro; fol. ovatis; flor. fubumbellatis; fructibus clavatis fulcatis muticis. SWARTZ.

3. B. *hirfuta*, caule teretiusculo hirfuto; flor. capitatis. *Willd.* B. *hirfuta*, caule diffufo pubefcente; fol ovatis repandis; fructibus fulcatis clavatis. SW.

4. B. *fcandens*, caule erecto, floribus umbellatis diandris; foliis cordatis. *Willd.* B. *fcandens*, caule fcandente glabro; foliis cordatis fubrepandis; floribus umbellatis verticillatisque; fructibus clavatis apice tuberculatis. SW.

14. FEDIA. *Cal.* 2 - partitus, perfiftens, laciniis emarginatis. *Cor.* fubringens, tubo filiformi, limbo 5 - partito inaequali. *Stigm.* 2 - fidum. *Pericarp.* inferum, fubparallelepipedum, fungofum, 3 - loculare: loculis duobus fterilibus obliteratis.

1. F. *incraffata*, pedunculis incraffatis; floribus congeftis terminalibus, tubo curvato; foliis

foliis ovatis basin versus subdentatis. MÖNCH. Valeriana *cornucopiae* L. (*Triand. Monogyn.*)

15. LIMOSELLA. *Cal.* 3-dentatus. *Cor.* 4-partita aequalis. *Styl.* incurvatus. *Stigm.* peltatum. *Caps.* 1-locularis 2-valvis polysperma.

1. L. *diandra*, foliis lineari-spathulatis; scapis longitudine foliorum. WILD. *Sp. pl. III. 1. p. 342.* (*Didynam. Angiosp.*)

16. CATALPA. *Cal.* 2-partitus, laciniis ovatis acutis. *Cor.* campanulata, tubo ventricoso, limbo obtuso subbilabiato, labio superiore emarginato, inferiore 3-partito. *Stam.* 4, 2 breviora sterilia. *Stigm.* 2-lamellatum. *Siliqua* spuria cylindrica: dissepimento valvis opposito. *Sem.* margine membranaceo.

1. C. *cordifolia*, fol. cordato-ovatis integerrimis acutis; floribus terminalibus racemoso-paniculatis. MÖNCH. Bignonia *Catalpa* L. (Didynam. Angiosp.)

17. (BIGNONIA). *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* campanulata, tubo ventricoso, limbo 4-lobo inaequali crenulato-undulato, lobo superiore majore emarginato. *Filam.* 4-5, 2 superiora fertilia. *Stigm.* bilamellatum. *Siliqua* spuria cylindrica subfiliformis. *Sem.* linearia, lanata.

1. B. *longissima*, arborea, foliis simplicibus oblongis acuminatis ternis; floribus diandris; siliquis filiformibus; seminibus lanatis. SWARTZ *Flor. Ind. occ.* II. p. 1037. *Ill.* MÖNCH *in Meth. p. 465. tres Bignoniae Linnaei species in tria genera dispescuit, in quorum vero neutrum haecce species quadrat, hinc nomen genericum uncis inclusi.*

18. MARTYNIA. *Cal.* 5-phyllus, inaequalis. *Cor.* campanulata subbilabiata, labio *superiore* bifido, *inferiore* majore trifido, lacinia intermedia emarginata. *Filam.* 5, 2 longiora fertilia antheris conniventibus, 2 media et infimum minimum castra-

castrata. *Germ.* oblongum, medio coarctatum. *Styl.* filiformis. *Stigm.* 2-fidum. *Theca* corticata, lignosa, 4-locularis. *Baccae* solitariae.

1. M. *diandra*, ramis dichotomis; foliis cordato-orbiculatis dentatis; floribus diandris; calycibus 5-phyllis. (Didynam. Angiosperm.).

*19. LYTHRUM. *Cal.* 1-phyllus, cylindricus, 4-dentatus. *Pet.* 4, calycina. *Stam.* 2-4, calycina. *Caps.* 2-locularis, 2-valvis, polysperma. *Recept.* adnatum.

1. L. *Thymifolia*, foliis alternis linearibus; floribus 4-petalis axillaribus solitariis sessilibus; stipulis geminis. (Dodecand. Monogyn.).

20. ORNUS. *Cal.* 4-partitus. *Pet.* 4, linearia. *Styl.* simplex. *Stigm.* 2-fidum. *Samara* lanceolata, 1-sperma.

1. O. *rotundifolia*, foliis pinnatis, pinnis rotundatis subundulatis serratis. MÖNCH. (Polygam. Dioec.).

21. COMMELINA. *Cal.* 3-phyllus. *Pet.* 3. *Nect.* 3-4, pedicellata, cruciformia. *Caps.* supera, 2-3-locularis. *Sem.* pauca.

1. C. *vaginata*, foliis linearibus; floribus diandris involucro vaginatis; corollis aequalibus. *Nectaria* 4.

2. C. *nudiflora*, corollis aequalibus; pedunculis capillaribus; foliis linearibus; involucro nullo; floribus diandris. *Nectaria* 3. *Ill.* MÖNCH *nectaria illa stamina appellat, antheris cruciformibus polliniferis.* (Triandr. Monogyn.).

*22. NASTURTIUM. *Cal.* 4-phyllus patens, foliolis concavis. *Cor.* 4-petala cruciata, petalis aequalibus unguiculatis. *Glandulae* 0. *Styl.* brevis. *Stigm.* obtusum. *Silicula* ovata, apice emarginata, margine membranaceo: loculis 1-spermis.

1. N.

1. N. *diandrum*, floribus diandris; foliis lanceolatis ferratis, fummis linearibus integerrimis. MÖNCH Lepidium *Iberis* L.

23. COronopus. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 4-petala, unguiculata, cruciata. *Stam.* 2-4. *Pericarp.* didymum, utrinque emarginatum, reticulato-rugofum, ftylo exiguo terminatum, 2-loculare. *Sem.* folitaria.

1. C. *didyma*, pericarpiis emarginatis didymis reticulato-rugofis; ftylo obfoleto; corymbis multifloris. SMITH *Fl. britt.* *II. p 691.* Lepidium *didymum* L. (Tetradynam. Siliculof.)

24. Viola. *Cal* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala irregularis calcarata. *Stam.* 5, 3 anteriora fterilia. *Capf.* 1-locularis, 3-valvis. *Sem.* plurima, valvulis affixa.

1. V. *diandra*, caule fcandente herbaceo; foliis oblongis; pedunculis articulatis unifloris; calcare longiffimo contorto. (Syngenef. Monogam.).

25. Pimelea *Cal.* o. *Cor.* 1-petala ventricofa, fauce anguftata infundibuliformi, limbo 4-fido. *Stam.* fauci inferta. *Nux* corticata, fupera, 1-locularis.

1. P. *Gnidia*, fol. oblongo-lanceolatis acutis glaberrimis; corolla extus villofa. Pafferina *Gnidia* L.

2. P. *pilofa*, fol. linearibus obtufis. Pafferina *pilofa* L.

271. OSBECKIA. *Cal.* superus, 5-partitus. *Cor.* 5-petala, calycina. *Stam.* calycina. *Caps.* infera, calyce adnato vestita, 5-locularis, apice 5-valvis. *Recept.* sublunata, axi adnata. *Sem.* numerosa.

1. O. *ornata*, foliis petiolatis ovatis hispidis, setis adpressis, subtus incanis trinerviis; pedunculis terminalibus subumbellatis pauciflo-

cifloris. SWARTZ *Flor. Ind. occ. II. p. 647.* Rhexia *inconſtans* WILLD. *ſp. pl. II. 1. p. 304.*

2. O. *ſtrigoſa*, foliis integerrimis trinerviis ſtrigoſis ovatis ſubpetiolatis; floribus ſolitariis cernuis decandris; calycibus ſtrigoſis. — SWARTZ *l. c. p. 649.* Melaſtoma *ſtrigoſa* L. et WILLD. *ſp. pl. II. 1. p. 583.*

Osbeckiae *capſula calyce adnato veſtita eſt, ergo infera*, Rhexiae *vero calyce libero obrecta, ergo ſupera. Ceterae notae conveniunt, aut non omnibus ſpeciebus communes ſunt.* (Octand. Monogyn.).

272. COMBRETUM. *Cal.* ſuperus, campanulatus, 5-dentatus. *Cor.* 5 petala, calycina. *Filam.* longiſſima, e fundo calycis. *Pericarp.* 5-gonum, 5-alatum 1-ſpermum.

1. C. *purpureum*, foliis oppoſitis ovatis acutis; racemis ſecundis bracteatis; bracteis pedunculo brevioribus; floribus decandris.

2. C. *decandrum*, foliis oppoſitis oblongis acuminatis; racemis laxis bracteatis, bracteis flore longioribus; floribus decandris diſtichis.

3. C. *alternifolium*; foliis alternis; floribus decandris. — (Octand. Monogyn.).

273. CONOCARPUS. *Cal.* ſuperus, minimus, 5-partitus. *Cor.* 5-petala aut 0. *Stam.* calycina. *Samara* cochleariformis, 1-ſperma.

1. C. *erecta*, erecta; foliis ovato-lanceolatis acutis; floribus apetalis aggregatis. — *Stam.* 5-10. SWARTZ obſ. p. 79. GÆRTNER II. p. 470. t. 177 f. 3.

2. C. *racemoſa*, foliis ellipticis ſubcoriaceis obtuſiuſculis; floribus ſegregatis completis. — *Stam.* 10. SWARTZ *l. c.* (Pentand. Monogyn.).

274. BOCCONIA. *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* o. *Stam.* 10, raro plura, thalamea. *Germ.* pedicellatum. *Styl.* 2-fidus. *Capſ.* 1-locularis 2-valvis. *Recept.* pulpoſum coloratum. *Sem.* ovatum.

1. B *fruteſcens*, foliis oblongis ſinuatis. — SWARTZ *obſ. p. 187.* GÆRTNER *I. p. 204. t. 44. f. 1.* (Dodecand Monogyn.).

275. TRIANTHEMA. *Cal.* 5-phyllus, foliolis ſub apice mucronatis. *Cor.* o. *Stam.* calycina. *Capſ.* circumſciſſa, 2-cornis, 2-locularis, vel *capſulae* 2, ſuperimpoſitae.

1. Tr. *monogyna*, caule diffuſo ſubdichotomo latere ſuperiore pubeſcente; foliis ovalibus, petiolis bidentatis; floribus in dichotomia ſeſſilibus monogynis bibracteatis. — *Stam.* 10. MÖNCH. *Cfr. ſupra Pentand. Monogyn. gen. 137.*

2. Tr *humifuſa*, monogyna; foliis lanceolatis; caule fruteſcente tereti.

3. Tr. *anceps*, monogyna; foliis lanceolatis; caule fruteſcente ancipiti. — (Decand. Digyn.).

276. STELLERA. *Cal.* o. *Cor.* 4-fida, perſiſtens. *Stam.* breviſſima, corollina. *Nux* ſupera, corticata, roſtrata.

1. St. *Chamaejaſme*, foliis lanceolatis; floribus terminalibus racemoſis nudis quinquefidis. — (Octand. Monogyn.).

TRIGYNIA.

*277. CERASTIUM. *Cal.* 5-phyllus, inferus. *Pet.* 5, 2-fida. *Stam* thalamea. *Capſ.* oblonga, 1-locularis, apice 6-fariam dehiſcens, polyſperma. *Recept.* centrale, liberum.

1. C. *anomalum*, erectum piloſo-viſcoſum; linearibus; petalis calyce longioribus; floribus trigynis, (Decandria Pentagynia).

*278.

*278. MESPILUS. *Cal.* superus, 5 fidus, ftaminifer. *Pet.* 5, calycina. *Drupa* carnofa: putamina 2-5, 2-fperma.

1. M. *lucida*, fpinofa; foliis elliptico-lanceolatis ferratis glabris nitidis; corymbis multifloris; laciniis calycis linearibus longitudine petalorum; drupis fubglobofis pendulis. MÖNCH. p. 685. *Stam.* 7-10. *Styl.* 1-4. Crataegus *Crus galli* L. varietas γ. (Icofand. Digyn.).

LYCHNIS quadridentata *variat quandoque ftylis 3. Vide ordinem fequentem*

RESEDA undata *variat interdum ftylis 3. Vide ordinem fequentem.*

TETRAGYNIA.

*279. CUCUBALUS. *Cal.* 1-phyllus, inflatus, 5-dentatus. *Pet.* 5, unguiculata, abfque corona ad faucem. *Stam.* infertione alternantia. *Capf.* 3-locularis.

1. C. *aegyptiacus*, floribus erectis; petalis emarginatis retroflexis utrinque unidentatis. *Styli faepe 4.* (Decand. Trigyn.).

*280. LYCHNIS. *Cal.* tubulofus, 5-dentatus. *Pet.* 5, unguiculata, plerumque ad faucem coronata. *Stam.* infertione alternantia. *Capf.* 1-3-5-locularis, apice 5-fariam dehifcens. *Recept.* liberum, aut feptigerum.

1. L. *alpina*, glabra; floribus umbellato-capitatis; petalis bifidis abfque corona. — *Styli 4.*

2. L. *quadridentata*, petalis quadridentatis; caule dichotomo; foliis glabris recurvis. — *Styli 4, vel 5, rarius 3.* (Decand. Pentagyn.).

*281. RESEDA. *Cal.* 5-partitus. *Pet.* 5, laciniata. *Stam.* thalamea. *Stigm.* fubfeffilia, perfiftentia. *Capf.* angulata, roftrata, 1-locularis, evalvis, apice

apice pervia *Recept.* parietalia, linearia. *Sem.* numerosa, subreniformia.

1. R. *undata*, foliis undulatis pinnatis, pinnis decurrentibus; floribus pentapetalis subdecandris; calycibus quinquepartitis — *Stigm.* 4, *raro* 3. (Dodecand. Trigyn.).

ARENARIA rubra *variat interdum floribus tetragynis.* (Decand. Trigyn.).

P E N T A G Y N I A.

282. CORIARIA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Stam.* thalamea. *Germ.* 5. *Styl.* simplices. *Stigm.* incurva. *Pericarp.* 5, 1-sperma.

1. C. *myrtifolia*, caule suffruticoso tetragono; foliis oppositis subsessilibus ovato-lanceolatis integerrimis acutis trinerviis; floribus racemosis terminalibus bracteatis; calyce petalis longiore. *Styli rubri.* MÖNCH. *p.* 220.

2. C. *ruscifolia*, foliis cordato-ovatis sessilibus. (Dioecia Decand.)

*283. ADOXA *Cal.* 2-3-partitus, adnatus. *Cor.* 5-fida, calycina, staminifera. *Bacca* semiinfera, pulposa, 1-locularis, 4-sperma. *Sem.* compressa, margine membranaceo.

1. A. *moschatellina.* — *Flos terminalis* 4-*fidus*, *laterales* 5-*fidi.* *Cfr.* LEERS *Herb. no* 303. GÆRTNER *II. p.* 141. MÖNCH *meth. p.* 477.

P O L Y G Y N I A.

*284. RANUNCULUS. *Cal.* 5-phyllus, deciduus. *Pet.* 5, poro ad ungues mellifero, squamula tecto. *Stam.* thalamea. *Germ.* numerosa. *Stigm.* sessilia,

filia, reflexa. *Pericarp.* plurima, subrotunda, 1-sperma.

1. R. *hederaceus*, caule repente; foliis reniformibus, infimis quinquelobis, superioribus trilobis; pedunculis teretibus oppositifoliis; petalis calyce patente duplo longioribus; pericarpiis obtusissimis laevibus. *Stam.* 5, 8, 10.

2. R. *parviflorus*, pericarpiis muricatis, foliis radicalibus subrotundis lobatis crenatis obtusis; calycibus retroflexis; petalis minimis fugacibus; caule prostrato. — *Stam. vix 10.* MÖNCH *meth. p. 215.*

285. XANTHORRHIZA. *Cal.* 0. *Pet.* 5. *Nect.* 5, pedicellata, truncato-biloba, cum petalis alternantia. *Caps.* plures, inflatae, compressae, 1-loculares, 2-valves, 1-spermae.

1. X. *apiifolia.* — *Stam. 5-10, germina 7-11. Recte* Xanthorrhiza *scribit* SCHREBER *in Gen. pl. no. 1581, non* Zanthorhiza. (Pentand. Polygyn.).

CLAS-

CLASSIS XI.

DODECANDRIA.

(Stamina 12 - 19.)

MONOGYNIA.

286. Myrtus. *Cal.* ſuperus, 4-fidus. *Cor.* 4-petala. *Antrum* carnoſum, 1-2-ſpermum.

287. Cactus. *Cal.* ſuperus, 6-partitus. *Cor.* 4-5-petala, calycina. *Styl.* apice 3-6-fidus. *Bacca* pellucida, polyſperma.

288. Melastoma. *Cal.* ſubcampanulatus, 6-dentatus, ſtaminifer. *Cor.* 6-petala, calycina. *Bacca* calyce obvoluta, 6-locularis.

*289. Prunus. *Cal.* 5-fidus, deciduus, ſtaminifer. *Cor.* 5-petala, calycina. *Drupa* carnoſa, putamine ſuturis prominulis.

290. Glaucium. *Cal.* 2-phyllus, caducus. *Cor.* 4-petala. *Stam.* thalamea. *Stigm.* ſeſſile. *Capſ.* longiſſima, linearis, 2-locularis. *Sem.* diſſepimento ſpongioſo immerſa.

291. Podophyllum. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 9-petala. *Stam.* thalamea. *Stigm.* ſeſſile, orbiculatum, plicatum. *Bacca* 1-locularis. *Recept.* liberum.

292. Cleome. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 4-petala, irregularis. *Germ.* ſubpedicellatum. *Stigm.* ſeſſile, craſſiuſculum. *Siliqua* ſpuria.

293. SWARTZIA. *Cal.* 4-phyllus. *Pet.* 1, laterale, planum. *Legumen* feminibus arillatis.

294. CHLORA. *Cal.* 12-partitus. *Cor.* 1-petala, infundibuliformis: limbo 12-fido. *Capſ.* 1-locularis, 2-valvis, 1-ſperma.

295. CORCHORUS. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Capſ.* 2-3-multilocularis: loculamentis ſubdiviſis ſeptis transverſalibus incompletis.

296. RIVINA. *Cal.* o. *Cor.* 4-petala, perſiſtens. *Bacca* 1-ſperma. *Sem.* lenticulare.

DIGYNIA.

297. PYRUS. *Cal.* ſuperus, 5-partitus, ſtaminifer. *Cor.* 5-petala, calycina. *Pomum* 3-5-loculare: loculis 1-ſpermis.

TRIGYNIA.

298. DELPHINIUM. *Cal.* o. *Pet.* 5, ſupremum calcaratum, reliqua ovato-lanceolata. *Parapet.* 1-2-4, petalo ſupremo tectae. *Capſ.* ſubternae, leguminoſae.

TETRAGYNIA.

299. DICERA. *Cal.* 4-5-partitus. *Pet.* 4-5, 3-fida. *Filam.* thalamea. *Anth.* 2-cornes. *Bacca* 4-locularis: loculis 2-ſpermis.

300. RESEDA. *Cal.* 4-6-partitus. *Pet.* 3-6, laciniata. *Stam.* 10-30, thalamea. *Stigm.* ſubſeſſilia, perſiſtentia. *Capſ.* angulata, 1-locularis, evalvis, apice pervia.

PENTAGYNIA.

RESEDA. Genus antecedens.

POLY-

POLYGYNIA.

301. THALICTRUM. *Cal.* o *Cor.* 4-5-petala, thalamea. *Pericarp.* plura, subovata, absque cauda.

MONOGYNIA.

286. MYRTUS. *Cal.* superus, 4-fidus. *Cor.* 4-petala. *Antrum* carnosum 1-2-spermum.

1. M. *glabrata*, racemulis brevissimis axillaribus multifloris; foliis ellipticis acuminatis convexis coriaceis glaberrimis; floribus 4-fidis. — SWARTZ *Fl. Ind. occ. II. p. 903. Antrum nigrum 1-2-spermum. — Ego nullam video differentiam inter* Myrtum *et* Eugeniam, *nam flos 4-vel 5-fidus, et Bacca (potius Antrum) 1-2-3-locularis, notae admodum inconstantes sunt. Rectius ambo genera conjunguntur, subdivisione specierum primaria in 4-petalas et 5-petalas.* (Icosand. Monogyn.).

287. CACTUS. *Cal.* superus, 6-partitus, laciniis tribus exterioribus minoribus erectis. *Cor.* 4-5-petala, staminifera. *Styl.* apice 3-6-fidus. *Bacca* pellucida, polysperma.

1. C. *pendulus*, pendulus; ramis verticillatis teretibus glabris muticis. — *Stam. 12-16.* SWARTZ *Fl. Ind. occ. II. p. 876.* Rhipsalis *Cassutha* GÆRTNER. *1. p. 137. t. 28. f. 1.* (Icosand. Monogyn.).

288. MELASTOMA. *Cal.* subcampanulatus, staminifer. *Cor.* 6-petala, calycina. *Bacca* calyce obvoluta, 6-locularis. *Sem.* exalbuminosa.

1. M. *calyptrata*, foliis elliptico-lanceolatis attenuatis trinerviis glabris obsolete denticulatis; floribus paniculatis.

2. M. *crocea*, foliis ovatis fubferratis glabris, nervis ad petiolum barbatis; panicula terminali.

3. M. *patens*, foliis quinquenerviis cordatis hirfutis fubdenticulatis; racemo terminali patulo; floribus dodecandris. — (Decand. Monogyn.).

*289. PRUNUS. *Cal.* inferus, 5-fidus, ftaminifer. *Cor.* 5-petala, calycina. *Drupa* carnofa: putamen futuris prominulis.

1. Pr. *fpinofa*, pedunculis folitariis; foliis lanceolatis glabris; ramis fpinofis; fructibus globofis. — *Stam. pauciora quam 20.* (Icofand. Monogyn.).

*290. GLAUCIUM. *Cal.* 2-phyllus, caducus. *Cor.* 4-petala, decidua. *Stam.* thalamea. *Stigm.* feffile. *Capf.* filiquofa, longiffima, linearis. *Diffepimentum* craffum, fpongiofum, cui femina immerfa, raphe unilaterali acutâ notata.

1. Gl. *phoeniceum*, caule hifpido; foliis feffilibus pinnatifidis, laciniis integris; capfulis hifpidis 2-valvibus ftigmate 2-lamellato terminatis. — *Stam. 16-20.* Chelidonium corniculatum. L. (Polyand. Monogyn.).

291. PODOPHYLLUM. *Cal.* 3-phyllus, deciduus. *Cor.* 9-petala. *Stam.* thalamea. *Stigm.* feffile, orbiculatum, plicatum. *Bacca* carnofa, ftigmate coronata, 1-locularis, polyfperma. *Recept.* liberum.

1. P. *peltatum*, foliis peltatis lobatis, lobis antice dentatis; floribus folitariis axillaribus pedunculatis. — *Stam. 16-20.* (Polyandria Monogyn.).

292. CLEOME. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 4-petala, irregularis. *Germ.* fubpedicellatum. *Stigm.* feffile, craffiufculum. *Siliqua* fpuria, polyfperma.

1. Cl. *vifcofa*, foliis quinatis ternatisque; floribus fubdodecandris. — *Stam. 10-15.*

2. Cl.

2. Cl. *dodecandra*, foliis omnibus ternatis ellipticis obtusis, foliolo intermedio majore; floribus solitariis axillaribus pedunculatis erectis subdecandris; siliquis compressis oblongis subviscidis. — *Stam. constanter* 10. MÖNCH. 10-14. L. (Tetradynam. Siliquos.).

293. SWARTZIA. *Cal.* 4-phyllus. *Pet.* 1, laterale, planum. *Legumen* pedicellatum, seminibus arillatis.

1. Sw. *dodecandra*, foliis simplicibus; floribus dodecandris; petala oblongo longitudine calycis. — WILLD. *sp. pl. II.* 2. *p.* 1220. (Polyand. Monogyn.).

294. CHLORA. *Cal.* 12-partitus. *Cor.* 1-petala, infundibuliformis, limbo 12-fido. *Caps.* 1-locularis, 2-valvis, polysperma.

1. Chl. *dodecandra*, foliis oppositis distinctis; floribus 12-fidis. (Octand. Monogyn.).

295. CORCHORUS. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Stam.* thalamea. *Caps.* 2-3-multilocularis: loculamenta subdivisa septulis transversalibus incompletis. *Sem.* plurima, angulata.

1. C. *olitorius*, capsula fusiformi quinquelocculari quinquestriata glabra; foliorum serraturis infimis seta terminatis; stigmate trifido. — *Stam.* 12-15.

2. C. *trilocularis*, capsula triloculari trivalvi lineari triquetra tristriata, angulis bifidis scabris; foliis oblongis, serraturis infimis setaceis; stigmate bifido. *Stam.* 15-20. (Polyand. Monogyn.).

296. RIVINA. *Cal.* 0. *Cor.* 4-petala, persistens. *Stam.* thalamea. *Styl.* 0. *Stigm.* penicilliforme. *Bacca* 1-locularis. *Sem.* 1, lenticulare.

1. R. *octandra*, racemis simplicibus; floribus octandris dodecandrisve; stigmate penicilliformi; semine nitido. — (Tetrand. Monogyn.).

DIGYNIA.

*297. PYRUS. *Cal.* ſuperus, 5-partitus, ſtaminifer. *Cor.* 5-petala, calycina. *Pomum* 3-5-loculare: loculis 1-2-ſpermis.

1. P. *rotundifolia*, foliis ovatis acute ſerratis utrinque glabris leviſſimis; ramis aculeatis; floribus corymboſis, pedunculis pubeſcentibus. *Stam.* 8-12. *Styl* 2, *raro* 3. MÖNCH. *meth. p.* 680 *Omiſſa in Spec. pl. ed.* WILLD. An Crataegus *glanduloſa?* (Icoſand. Pentagyn.).

TRIGYNIA.

*298. DELPHINIUM *Cal.* o. *Pet.* 5, ſupremum calcaratum, reliqua ovato-lanceolata. *Parapet.* 1-2-4, petalo ſupremo tecta. *Capſ.* ſubternae, leguminoſae.

Stam. in hoc genere 15-30, *Piſtilla* 1, 3, 5, (Polyand. Trigyn.).

TETRAGYNIA.

299. DICERA. *Cal.* 4-5-partitus. *Pet.* 4-5, trifida. *Filam.* thalamea. *Anth.* apice 2-cornes. *Nectarifera* corpuſcula 4, 5, germen cingentes. *Bacca* ſupera, 4-locularis. *Sem.* gemina.

1. D. *ſerrata*, foliis oppoſitis cordato-ovatis inaequaliter ſerratis; racemis lateralibus compoſitis. — Elaeocarpus *Dicera* WILLD. *Sp. pl. II. p.* 1170. — *Differt praecipue fructu ab* Elaeocarpo, *cui eſt Drupa* 1-*locularis, putamine unico muricato criſpo tribus ſuturis ſpuriis notato. Certe diſcrimen maximi momenti. Stamina* 16-20. (Polyandria Monogynia.)

*300. RESEDA. *Cal.* 4-6-partitus. *Pet.* 3-6, diviſa. *Stigm.* ſubſeſſilia, perſiſtentia. *Capſ.* angulata, 1-lo-

1-locularis, evalvis, apice pervia. *Sem.* numerosa, subreniformia.

1. R. *glauca*, foliis linearibus subcarnosis basi dentatis, dentibus albidis; floribus tetragynis.

2. R. *fruticulosa*, foliis pinnatis apice recurvatis; floribus tetragynis; calycibus quinquepartitis patentibus; caule basi fruticoso. *Pet.* 5-6.

3. R. *alba*, foliis pinnatis; floribus tetragynis; calycibus 6-partitis.

4. R. *undata*, foliis undulatis pinnatis, pinnis decurrentibus; floribus decandris tetragynis; calycibus 5-partitis.

5. R. *odorata*, foliis integris, tri-quinquelobisque; caule diffuso; calycibus petala aequantibus. — *Flores saepius 4-gyni.* (Dodecand. Trigyn.).

PENTAGYNIA.

* RESEDA. (Genus antecedens.).

1. R. *purpurascens*, foliis linearibus obtusis; floribus pentagynis. — (Dodecand. Trigyn.).

POLYGYNIA.

*301. THALICTRUM. *Cal.* 0. *Cor.* 4-5-petala. *Stam.* thalamea. *Germ.* plura. *Stigm.* sessilia, crassiuscula. *Pericarp.* subovata, sulcata, absque cauda, 1-sperma.

1. Th. *foetidum*, caule paniculato filiformi ramosissimo divaricato folioso. — *Stam.* 14-16. *Germ.* 4-6.

2. Th.

2. Th. *minus*, foliis patulis, imis obtuse trilobis, supremis acutis; panicula diffusa, floribus cernuis. — *Pet. 4. Stam. 16-20. Germ. 4-6.*

3. Th. *sibiricum*, foliis glaucis supradecompositis, foliolis ovatis trilobis, lobis acutis; panicula patula, floribus cernuis. *Stam.* 16. *Germ.* 5-8.

4. Th. *angustifolium*, foliis bipinnatis, pinnulis linearibus simplicibus trifidisque margine revolutis supra lucidis; panicula erecta. *Pet. 4, flava. Stam. 14-16. Germ. 7-9.*

5. Th. *purpurascens*, foliis tripartitis; caule foliis duplo altiore; floribus cernuis. — *Caulis et calix purpurascentes. Stam. 14, lutea. Pist. 8.*

6. Th. *simplex*, caule folioso simplicissimo angulato; floribus nutantibus. — *Pet. viridia. Stam. 14, purpurascentia.* (Polyand. Polygyn.).

CLAS-

CLASSIS XII.

ICOSANDRIA.

Stamina plura quam 19, non thalamo, ſed calyci vel corollae inſerta.

MONOGYNIA.

302. EUGENIA. *Cal.* ſuperus, 4-partitus, intus elevatus in vallum carnoſum 4-angulum. *Pet.* 4. *Stam.* vallo inſerta. *Antrum* 1-2-loculare. *Sem.* ſolitaria.

303. MESPILUS. *Cal.* ſuperus, 5-fidus. *Cor.* 5-petala, calycina. *Drupa* 1-5-ſperma, apice ſaepe aperta.

304. LAGERSTROEMIA. *Cal.* 6-fidus, campanulatus. *Cor.* 6-petala. *Stam.* plurima, horum 6 exteriora craſſiora. *Capſ.* 6-locularis. *Sem.* axi affixa.

305. TETRACERA. *Cal.* 4-6-partitus. *Cor.* 3-5-petala, calycina. *Filam.* ſuperne dilatata, utrinque antherifera. *Piſt.* 1, 3, 4. *Capſ.* totidem, divaricatae, 1-loculares, latere interiore dehiſcentes. *Sem.* ſolitaria, arillata.

306. TERNSTROEMIA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* campanulata, profunde 5-6-partita. *Filam.* duplici ſerie baſi corollae inſerta. *Bacca* ſicca, 2-locularis.

DIGY-

DIGYNIA.

* 307. MESPILUS. *Cal.* ſuperus 5-fidus. *Cor.* 5-petala, calycina. *Drupa* carnoſa 1-5-ſperma, apice ſaepe aperta.

* 308. PYRUS. *Cal.* ſuperus, 5-fidus. *Cor.* 5-petala, calycina. *Pomum* 2-5-loculare: loculis 1-2-ſpermis.

TRIGYNIA.

* 309. SPIRAEA. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Germ.* 3, vel plura, glandula urceolari cincta. *Capſ.* totidem, 1-loculares, 2-valves, introrſum dehiſcentes, 1-ſpermae.

310. TETRACERA. *Cal.* 4-6-partitus. *Cor.* 3-5-petala, calycina. *Filam.* ſuperne dilatata, utrinque antherifera. *Capſ.* 3, divaricatae, 1-loculares, introrſum dehiſcentes. *Sem.* ſolitaria, arillata.

311. HOMALIUM. *Cal.* 6-7-partitus. *Cor.* 6-7-petala. *Stam.* 18-21, per tria aggregata, baſi petalorum calycisque inſerta. *Capſ.* ſemiinfera, 1-locularis, apice 3-valvis. *Recept.* 3, parietalia, villoſa.

TETRAGYNIA.

312. TETRAGONIA. *Cal.* 4-5-partitus, intus coloratus. *Cor.* o. *Drupa* infera, ſicca, putamine loculamentoſo.

313. TETRACERA. *Cal.* 4-6-partitus. *Cor.* 3-5-petala, calycina. *Filam.* ſuperne dilatata, utrinque antherifera. *Capſ.* 4, divaricatae, 1-loculares, introrſum dehiſcentes. *Sem.* ſolitaria, arillata.

314. MESEMBRYANTHEMUM. *Cal.* 3-4-partitus. *Petala* numeroſiſſima duplici vel triplici ſerie, baſi ſtaminifera. *Capſ.* infera, 4-locularis.

PEN-

P E N T A G Y N I A.

*315. Mespilus. *Cal.* ſuperus, 5 - fidus. *Cor.* 5 - petala, calycina. *Drupa* 1 - 5 - ſperma, apice ſaepe aperta.

P O L Y G Y N I A.

*316. Spiraea. *Cal.* 5 - 6 - fidus. *Cor.* 5 - 6 - petala, calycina. *Capſ.* plures, 1 - loculares, 2 - valves, introrſum dehiſcentes. *Sem.* ſolitaria, ſuturae internae affixa.

317. Mesembryanthemum. *Cal.* 3 - 4 - 5 - partitus. *Pet.* numeroſa, duplici vel triplici ſerie, baſi ſtaminifera. *Capſ.* infera, loculis tot, quot ſtyli.

M O N O G Y N I A.

302. Eugenia. *Cal.* ſuperus, 4 - partitus, intus elevatus in vallum carnoſum aut villoſum, ſtaminiferum. *Cor.* 4 - petala. *Antrum* 1 - 2 - loculare. *Sem.* ſolitaria.

1. E. *caryophyllata*, foliis integerrimis oblongis acutiuſculis; pedunculis trichotomis; paniculis terminalibus axillaribusque; calycibus repandis; fructu elliptico. — Caryophyllus *aromaticus* L. *Cfr ſupra gen.* 286. Myrtus. (Polyand. Monogyn.).

*303. Mespilus. *Cal.* ſuperus, 5 - fidus, perſiſtens. *Cor.* 5 - petala, calycina. *Drupa* 1 - 5 - ſperma, apice ſaepe aperta.

1. M. *monogyna*, foliis acutis ſubtrifidis ſerratis glabris; floribus monogynis; pedunculis calycibusque ſubpubeſcentibus; calycis laciniis lanceolatis acuminatis retrofractis germini adpreſſis. — *Drupa* 1 - *ſperma.* Crataegus *monogyna* Jacquin. (Icoſand. Digyn.).

304.

304. LANGERSTROEMIA *Cal.* campanulatus, 6-fidus. *Cor.* 6-petala. *Stam.* multa, horum 6 exteriora craſſiora. *Capſ.* ſubgloboſa, ſtylo coronata, 6-ſulcata, 6-locularis. *Sem.* axi affixa.

Gen. pl. ed. SCHREBER. *p. 361. et 833. Species vide in* WILLD. *Sp. pl. II. 2. p. 1178.* (Polyand. Monogyn.).

305. TETRACERA. *Cal.* 4-6-partitus. *Cor.* 5-5-petala, calycina. *Filam.* ſuperne dilatata, utrinque antherifera. *Piſt.* 1, 3, 4. *Capſ.* totidem, divaricatae, 1-loculares, introrſum dehiſcentes. *Sem.* ſolitaria, arillata.

Gen. pl. ed. SCHREBER *p. 833. Species vide in* WILLD. *ſp. pl. II. 2. p. 1240. Harum 8 monogynae, 1 trigyna, et 3 tetragynae ſunt. Ergo hoc genus ob ſtamina calyci inſerta in hanc claſſem et ob longe majorem ſpecierum monogynarum numerum in hunc ordinem pertinet.* (Polyand. Tetragyn.).

306. TERNSTROEMIA. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* campanulata, profunde 5-partita. *Filam.* duplici ſerie, baſi corollae inſerta. *Bacca* ſicca, 2-locularis.

Species vide in WILLD. *ſp. pl. II. 2. p. 1128.* (Polyand. Monogyn.).

DIGYNIA.

*307. MESPILUS. *Cal.* ſuperus, 5-fidus. *Cor.* 5-petala, calycina. *Drupa* carnoſa, 1-5-ſperma, apice ſaepe aperta.

In hoc genus pertinent omnes ſpecies Crataegi *et* Meſpili L., quorum fructus eſt drupa. — EHRHART. GÆRTNER. MÖNCH. *Numerus ſtaminum et ſtylorum maxime variat.*

*308. PYRUS. *Cal.* ſuperus, 5 - fidus. *Cor.* 5 - petala, calycina. *Pomum* carnoſum, loculamentis pluribus 1 - 2 - ſpermis.

In hoc genus pertinent omnes ſpecies Pyri *et* Sorbi L., *nec non illae* Crataegi *et Meſpili, quarum fructus eſt Pomum. Numerus genitalium valde inconſtans.*

TRIGYNIA.

*309. SPIRAEA. *Cal.* 5 - fidus, perſiſtens. *Cor.* 5 - petala. *Piſt.* 3, vel plura. *Glandula* urceolata, germina cingens. *Capſ.* tot, quot germina, 1 - loculares, 2 - valves, introrſum dehiſcentes. *Sem.* 1, ſuturae internae affixum.

1. Sp. *opulifolia*, foliis ovatis trilobis ſerratis; corymbis terminalibus pedunculatis. *Piſt.* 3 - 4. (Icoſand. Pentagyn.).

310. TETRACERA. *Cal.* 4 - 6 - partitus. *Cor.* 3 - 5 - petala, calycina. *Filam.* ſuperne dilatata, utrinque antherifera. *Capſ.* 3, divaricatae, 1 - loculares, introrſum dehiſcentes. *Sem.* 1, arillatum.

1. T. *Euryandra*, foliis oblongis obtuſis laevibus integerrimis; floribus trigynis. *Cfr. ſupra gen. 305.* (Polyand. Tetragyn.).

311. HOMALIUM. *Cal.* 6 7 - partitus. *Pet.* 6 - 7, calycina, baſi glandulifera. *Filam.* 18 - 21, per tria aggregata, baſi petalorum calycisque inſerta. *Capſ.* ſemiinfera, lignoſa, 1 - locularis, apice 3 - valvis, polyſperma. *Recept.?* lineae 3, elevatae, villoſae, parietales.

1. H. *racemoſum*, foliis ſerratis; racemis axillaribus terminalibusque; floribus pedunculatis.

2. H. *Racoubea*, foliis dentatis coriaceis; racemis terminalibus; floribus ſubſeſſilibus. — *Cfr.* SWARTZ *Fl. Ind. occ. II. p. 988. Hoc genus huic claſſi inſerendum eſſe,*

eſſe, ex inſertione ſtaminum liquet. — (Polyand. Trigyn.).

TETRAGYNIA.

312. TETRAGONIA. *Cal.* 4-partitus, intus coloratus. *Cor.* 0. *Drupa* ſicca, putamine 4-8-loculari.

Flos primarius 5-fidus 5-gynus, ſecundarii 4-fidi 4-gyni. (Icoſand. Pentagyn.).

313. TETRACERA. *Cal.* 4-6-partitus. *Cor.* 3-5-petala, calycina. *Filam.* ſuperne dilatata, utrinque antherifera. *Capſ.* 4, divaricatae, 1-loculares, introrſum dehiſcentes. *Sem.* 1, arillatum.

1. T. *volubilis*, foliis ſcaberrimis ſerratis; floribus tetragynis.

2. T. *laevis*, foliis oblongis laevibus ſubintegerrimis acuminatis; floribus terminalibus; ſeminis arillo dimidiato.

3. T. *alnifolia*, foliis oblongis acutis ſubintegerrimis ſubtus ſcabriuſculis; panicula terminali; ſeminis arillo integro. — *Cfr. ſupra gen. 305.* (Polyand. Tetragyn.).

314. MESEMBRYANTHEMUM. *Cal.* 4-fidus, ſuperus. *Pet.* numeroſiſſima, duplici vel triplici ſerie, baſi cohaerentia, ſtaminifera. *Capſ.* 4-locularis, 4-valvis, polyſperma.

1. M. *tortuoſum*, foliis oblongo-ovatis connatis ſubpapilloſis confertis; calycibus triphyllis bicornibus; caule divaricato laxo procumbente. *Styli 4.*

2. M. *geniculiflorum*, foliis ſemiteretibus papuloſis diſtinctis; floribus ſeſſilibus axillaribus; calycibus 4-fidis.

3. M. *clavatum*, foliis ſubteretibus impunctatis diſtinctis; pedunculis terminalibus aggregatis clavatis.

4. M.

4. M. *noctiflorum*, foliis ſemicylindricis impunctatis diſtinctis; floribus pedunculatis terminalibus ſolitariis; calycibus clavatis.

5. M. *verruculatum*, foliis cylindricis ſubtriquetris connatis apice purpuraſcentibus; floribus confertis; calycibus quadrifidis; petalis apice bidentatis.

—6. M. *cordifolium*, foliis ovatis ſubcordatis planis in petiolum decurrentibus obtuſis; calycibus quadrifidis inaequalibus; ramis proſtratis.

PENTAGYNIA.

*315. MESPILUS. *Cal.* ſuperus, 5 - fidus. *Cor.* 5-petala, calycina. *Drupa* carnoſa 1 - 5 - ſperma, apice ſaepe aperta.

1. M. *cordata*, ſpinoſa; foliis cordato-ovatis inciſo - angulatis glabris; petiolis calycibusque eglanduloſis; floribus pentagynis; calycis laciniis deciduis; fructibus depreſſo - globoſis apertis. — Crataegus *cordata* WILLD. *ſp. pl. II. 2. p. 1000.*

2. M. *parvifolia*, foliis cuneiformi-ovatis inciſis ſerratis; calycis laciniis lanceolatis inciſis longitudine fructus; fructibus ſubturbinatis punctato - verrucoſis. — Crataegus *parvifolia* WILLD. *l. c. p. 1002.* (Icoſand. Digyn.).

POLYGYNIA.

*316. SPIRAEA. *Cal.* 5 - 6 - fidus. *Cor.* 5 - 6 - petala. *Capſ.* plures, 1 - loculares, 2 - valves, introrſum dehiſcentes. *Sem.* 1, ſuturae internae affixum.

1. Sp. *laevigata*, foliis lanceolatis integerrimis ſeſſilibus; racemis compoſitis; capſulis villoſis calycis fundo lanato immerſis. — *Capſ. 5-6.*

2. Sp. *Ulmaria*, foliis interrupte pinnatis duplicato-ſerratis ſubtus tomentoſis, pinnis indiviſis, impari majore trilobo; corymbis proliferis; capſulis contortis acutis. *Capſ. 5, 6.*

3. Sp. *Filipendula*, foliis interrupte pinnatis utrinque nudis inciſo-dentatis; floribus cymoſis 6-patalis polygynis; capſulis capitatis; radice filipendula. (Icoſand. Pentagyn.).

317. MESEMBRYANTHEMUM. *Cal.* 3-4-5-partitus. *Pet.* numeroſa, duplici vel triplici ſerie, baſi cohaerentia, ſtaminifera. *Capſ.* infera, carnoſa, loculamentis tot, quot ſtyli, polyſperma.

1. M. *linguiforme*, acaule; foliis linguiformibus altero margine craſſioribus inpunctatis; flore ſeſſili decagyno; calyce laevi; petalis emarginatis.

2. M. *calamiforme*, ſubacaule; foliis inpunctatis adſcendentibus ſubteretibus acutis baſi connatis; floribus octogynis pedunculatis.

3. M. *pomeridianum*, foliis planiuſculis latolanceolatis laevibus ſubciliatis diſtinctis; caule pedunculis germinibusque hirtis; floribus dodecagynis.

4. M. *corniculatum*, foliis triquetro-ſemicylindricis ſcabro-punctatis ſupra baſin linea elevata connatis; floribus decagynis.

5. M.

5. M. *loreum*, foliis semicylindricis recurvis congestis basi interiore gibbis connatis; floribus decagynis; calyce aequali; caule pendulo.

6. M. *pugioniforme*, foliis alternis confertis subulatis triquetris longissimis inpunctatis; floribus longe pedunculatis decagynis.

7. M. *acinaciforme*, foliis acinaciformibus inpunctatis connatis, angulo carinali scabro; floribus decagynis; petalis lanceolatis. (Icosandr. Pentagyn.)

CLASSIS XIII.

POLYANDRIA.

Stamina plura quam 19, thalamo inserta.

MONOGYNIA.

* *Flores completi superi.*

318. Myrtus. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 4-petala. *Antrum* carnosum 1-2-3-loculare. *Sem.* solitaria, gemina, vel plura.

319. Psidium. *Cal.* irregulariter fissus in 2-3 lacinias. *Cor.* 5-petala. *Bacca* 1-locularis polysperma.

320. Decumaria. *Cal.* 8-12-phyllus. *Pet.* 8-12. *Stigm.* lobatum. *Caps.* 8-locularis. *Sem.* plura, oblonga, horizontaliter axi affixa.

** *Flores completi inferi.*

321. Talinum. *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Stigm.* 3. *Caps.* 1-locularis, duplicata, utraque 3-valvis. *Recept.* subglobosum. *Sem.* arillata.

322. Cleome. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 4-petala, irregularis. *Germ.* subpedicellatum. *Stigm.* sessile, crassiusculum. *Siliqua* spuria.

323. Crataeva. *Cal.* cyathiformis, 4-gonus, 4-fidus. *Cor.* 2-4-petala. *Stam.* pedicello germinis inserta. *Stigm.* sessile. *Bacca* 2-locularis, polysperma.

324. AEGLE. *Cal.* 5 - lobus, parvus. *Cor.* 5 - petala. *Germ.* pedicellatum. *Bacca* corticosa 10 - locularis. *Sem.* plurima, tomentosa.

325. GREWIA. *Cal.* 5 - phyllus. *Pet.* 5, basi squama nectarifera. *Germ.* pedicellatum. *Drupa* rotundato - 4 - gona: *putamina* 4, 1 - 2 - sperma.

326. MICROCOS. *Cal.* 5 - phyllus. *Pet.* 5, linearia, absque squama ad basin. *Drupa* succulenta: *putamen* fibris crinitum, 3 - loculare.

*** *Flores incompleti.*

327. BOCCONIA. *Cal.* 2 - phyllus, coloratus. *Germ.* pedicellatum. *Styl.* 0. *Stigm.* 2 - lamellatum. *Capf.* 1 - locularis, 2 - valvis. *Recept.* pulposum, coloratum. *Sem.* 1.

*328. ISOPYRUM. *Cor.* 5 - petala. *Parapet.* 5, tubulosa, 3 - fida. *Pist.* 1, 2, 3. *Caps.* totidem, 1 - loculares 2 - valves, introrsum dehiscentes. *Sem.* globosa, suturae internae affixa.

D I G Y N I A.

329. ASCYRUM. *Cal.* 4 - phyllus, foliolis 2 majoribus cordatis. *Pet.* 4. *Caps.* 1 - locularis, 2 - valvis. *Sem.* valvularum margini inserta.

330. CIMICIFUGA. *Cal.* 4 - phyllus. *Pet.* 4, urceolata. *Pist.* 2 - 4 - 8. *Caps.* totidem, 1 - loculares, introrsum dehiscentes. *Sem.* plura, squamis linearibus echinata, suturae affixa.

*331. HELLEBORUS. *Cal.* 5 - phyllus, maximus. *Cor.* 0. *Nect.* tubulosa, ore bilabiato *Pist.* 2 - 3. *Caps.* totidem, leguminosae, rostratae, polyspermae.

T R I G Y N I A.

332. CORCHORUS. *Cal.* 5 - phyllus. *Cor.* 5 - petala. *Styli* 2 - fidi. *Caps.* 3 - locularis, 3 - valvis: locula-

culamentis ſubdiviſis ſeptulis transverſalibus incompletis.

*333. PAEONIA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Germ.* 2-5. *Stigm.* ſeſſilia. *Capſ.* 2-5, leguminoſae roſtratae. *Sem.* ſubgloboſa, nitida.

*334. HYPERICUM. *Cal.* 5-partitus. *Cor.* 5-petala. *Capſ.* valvulis inflexis 3-locularis. *Sem.* plurima, receptaculo centrali libero affixa.

TETRAGYNIA.

335. DICERA. *Cal.* 4-5-partitus. *Pet.* 4-5, trifida. *Anth.* apice 2-cornes. *Bacca* 4-locularis. *Sem.* gemina.

336. WINTERA. *Cal.* 3-lobus. *Pet.* 6. *Germ.* clavata. *Stigm.* ſeſſilia, plano-depreſſa. *Baccae* 4, obovatae.

PENTAGYNIA.

*337. PAEONIA. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Germ.* 2-5. *Stigm.* ſeſſilia, compreſſa. *Capſ.* 2-5, leguminoſae, roſtratae. *Sem.* ſubgloboſa, nitida.

*338. ACONITUM. *Cal.* o. *Pet.* 5, ſupremo galeato. *Nect.* 2, pedicellata, calcare recurvo, ſub galea recondita. *Piſt.* 3, 4, 5. *Capſ.* totidem, leguminoſae. *Sem.* arido-baccata.

*339. CALTHA. *Cal.* o. *Cor.* 5-petala, plana. *Nect.* o. *Capſ* leguminoſae compreſſae.

POLYGYNIA.

340. WINTERA. *Cal.* 3-lobus. *Pet.* 12. *Germ.* 8. *Stigm.* ſeſſilia, plano-depreſſa. *Baccae* 8, obovatae.

341. XYLOPIA. *Cal.* 3-phyllus. *Pet.* 6. *Anth.* ſubſeſſiles. *Germ.* 2-15. *Stigm.* longa, tenuia.

Capf. 2 - 15, pedicellatae, 2 - loculares. *Sem.* 1, incomplete arillatum.

342. HOTTUYNIA. *Cal.* 4 - phyllus. *Cor.* o. *Thalam.* elongatus, ftaminibus piftillisque mixtis tectus.

343. PHYTOLACCA. *Cal.* o. *Cor.* 5 - petala, perfiftens. *Styli* 10. *Antrum* carnofum, depreffo - globofum, 10 - loculare. *Sem.* folitaria.

344. NIGELLA. *Cal.* o. *Cor.* 5 - petala. *Nect.* fuboctona, 2 - labiata. *Capf.* plures, difcretae aut connatae, roftratae, introrfum dehifcentes, polyfpermae.

MONOGYNIA.

318. MYRTUS. *Cal.* fuperus, 4 - fidus. *Cor.* 4 - petala. *Antrum* carnofum 1 - 2 - 3 - loculare. *Sem.* folitaria, aut plura.

1. M. *lineata*, floribus axillaribus fubfeffilibus; foliis ovatis acuminatis rigidis lineatis fubtus incanis.

2. M. *crenulata*, pedunculis axillaribus folitariis fubtrifloris; foliis fubrotundis crenulatis glabris. *Antrum 1 - fpermum.* SWARTZ *Fl. Ind. occ. II. p. 889.* Eugenia *crenulata* WILLD. *fp. pl.*

3. M. *glabrata*, racemulis brevibus axillaribus multifloris; foliis ellipticis acuminatis convexis coriaceis glaberrimis.

4. M. *virgultofa*, racemis axillaribus terminalibusque paniculatis, pedicellis remotis decuffatis 1 - floris; foliis lato - lanceolatis attenuatis; ramis virgatis; caule arboreo. — *Flores in his 4 fpeciebus 4 - fidi, ftamina thalamo inferta.* SWARTZ *l. c. Si in flore fupero ftamina thalamo inferta dicuntur, rectius germini affixa dicerentur. Confer fupra gen. 286.* (Icofand. Monogyn.).

319. PSIDIUM. *Cal.* ſuperus, 1-phyllus, irregulariter fiſſus in 2-3 lacinias. *Cor.* 5-petala. *Bacca* 1-locularis, polyſperma.

1. Pſ. *montanum*, foliis oblongis acuminatis crenulatis nitidis; pedunculis multifloris; calyce irregulari. — SWARTZ. *l. c.* p. 879. (Icoſand. Monogyn.).

320. DECUMARIA. *Cal.* ſuperus, 8-12-phyllus. *Pet.* 8-12. *Styl.* ſimplex. *Stigm.* lobatum. *Capſ.* multilocularis. *Sem.* plura, oblonga, horizontaliter axi affixa.

1. D. *barbara*, foliis omnibus ovatis; caule ſcandente. — *Stam.* 15-20. (Dodecand. Monogyn.).

321. TALINUM. *Cal.* inferus, 2-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Stigm.* 3. *Capſ.* 1-locularis, duplicata, utraque 3-valvis. *Recept.* liberum, ſubgloſum. *Sem.* arillata.

1. T. *Anacampſeros*, foliis ovatis ſubtus convexogibbis; racemo ſimplici; pedunculo tereti. — *Stam.* 30-40. (Dodecand. Monogyn.).

322. *a*) CLEOME. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 4-petala, irregularis. *Germ.* ſubpedicellatum. *Stigm.* ſeſſile, craſſiusculum. *Siliqua* ſpuria, polyſperma.

1. Cl. *felina*, polyandra, hiſpida, foliis ternatis cuneiformibus ſtrigoſis; floribus axillaribus ſolitariis pedunculatis; ſiliquis linearibus compreſſis.

2. Cl. *icoſandra*, floribus icoſi-tetrandris; foliis quinatis. — *Hujusce ſpeciei nomen triviale incongruum eſt, quia in hoc genere ſtamina thalamo aut germinis pedicello, non calyci, inſerta ſunt.* — (Tetradynamia Siliquoſ.)

322. *b*) CLEOME. *Cal.* 3-ſ. 5-partitus. *Cor.* 5-petala, regularis. *Siliqua* linearis. *Sem.* hiſpida.

1. Cl.

1. Cl. *Glaucii*, polyandra hirſuta, foliolis quinis ſeptenisve cuneiformibus ſcabris; racemis terminalibus; ſiliquis filiformibus. — Cleome *Chelidonii L. Affinitas ſumma Glaucii* phoenicei, (Chelidonii *corniculati* L.) *et certe proprio genere digna.* (Tetradyn. Siliquoſa.).

323. CRATAEVA. *Cal.* cyathiformis, 4-gonus, 4-fidus. *Pet.* 2, raro 4. *Stam.* pedicello germinis inſerta. *Stigm.* ſeſſile. *Bacca* 2-locularis polyſperma.

1. Cr. *gynandra*, inermis; foliolis integerrimis; ſtaminibus pedicello germinis inſertis. — *Stam.* 20-24. SWARTZ *obſ. p. 191.* (Dodecand. Monogyn.).

324. AEGLE. *Cal.* parvus, 5-lobus. *Pet.* 5. *Germ.* pedicellatum. *Styl.* brevis. *Bacca* corticoſa, 16-locularis. *Sem.* plurima, tomentoſa.

1. Ae. *Marmelos.* — *Tranſact. of the Linn. ſociety. Vol. 5. p. 220.* Crataeva *Marmelos* L. (Dodecand. Monogyn.).

325. GREWIA. *Cal.* 5-phyllus. *Pet.* 5, baſi ſquama nectarifera. *Germ.* pedicellatum. *Drupa* rotundato-4-gona: *putamina* 4, 1-2-ſperma.

Species vide in WILLD. *ſp. pl. II. 2. p. 1164. Syſt.* Veg. p. 871. (Gynand. Polyand).

326. MICROCOS. *Cal.* 5-phyllus. *Pet.* 5, linearia, abſque ſquama ad baſin. *Drupa* ſucculenta: *putamen* 1, fibris crinitum, 3-loculare.

1. M. *paniculata.* — Grewia *Microcos* L. (Gynand. Polyand.).

327. BOCCONIA. *Cal.* 2-phyllus, coloratus. *Cor.* 0. *Germ.* pedicellatum. *Stigm.* 2-lamellatum, ſeſſile. (*Capſ.* 1-locularis, 2-valvis. *Sem.* 1, receptaculo pulpoſo colorato affixum.)?

1. B. *cordata*, foliis cordatis ſublobatis; floribus polyandris. — *Stam.* 24. WILLD. *ſp. pl. II. 2. p.* 841.

*328.

*328. ISOPYRUM. *Cal.* o. *Cor.* 5-petala, regularis. *Parapet.* 5, tubulosa, 3-fida. *Pist.* 1, 2, 3. *Caps.* totidem, leguminosae, incurvae. *Sem.* globosa.

1. I. *thalictroides*, stipulis ovatis; petalis obtusis. (Polyand. Polygyn.).

DIGYNIA.

329. ASCYRUM. *Cal.* 4-phyllus, foliolis 2 majoribus cordatis alia includentibus. *Pet.* 4. *Caps.* 1-locularis, 2-valvis. *Sem.* suturae affixa.

1. A. *hypericoides*, foliis oblongis subtilissime pertusis; ramis ancipitibus dichotomis. — *Filam. libera, non fasciculatim connata.* SWARTZ *obs. p.* 297. (Polyadelph. Polyandr.).

330. CIMICIFUGA. *Cal.* 4-phyllus. *Pet.* 4, urceolata. *Pist.* 2, 4-8. *Caps.* totidem, 1-loculares, introrsum dehiscentes. *Sem.* plura, squamis linearibus muricata, suturae affixa.

1. C. *foetida.* — (Polyand. Tetragyn.).

*331. HELLEBORUS. *Cal.* 5-phyllus, maximus. *Cor.* o. *Nect.* tubulosa, ore bilabiato. *Pist.* 2-3. *Caps.* totidem, leguminosae, rostratae, polyspermae.

1. H. *viridis*, caule bifido; ramis foliosis bifloris; foliis digitatis serratis.

2. H. *foetidus*, caule ramoso folioso multifloro; foliis pedatis serratis, floralibus ovatis integerrimis. — (Polyandr. Polygyn.).

* ISOPYRUM. *Vide supra gen. 328.*

TRI-

TRIGYNIA.

332. CORCHORUS. *Cal.* 5 - phyllus. *Cor.* 5 - petala. *Styli* divaricati, 2 - fidi. *Capſ.* 3 - valvis 3 - locularis: loculamentis ſubdiviſis ſeptulis transverſalibus incompletis. *Sem.* plurima angulata.

1. C. *tridens*, capſula lineari teretiuſcula ſcabra ſtylis terminata; foliorum ſerraturis infimis ſetaceis; floribus trigynis; ſtylis divaricatiſſimis bifidis.

2. C. *aeſtuans*, *capſula* oblonga ſtylis terminata triloculari trivalvi, valvulis dorſo ala duplici crenulata auctis; foliis cordatis, ſerraturis infimis ſetaceis; floribus trigynis, ſtylis divaricatiſſimis bifidis. (Polyandr. Monogyn.).

*333. PAEONIA. *Cal.* 5 - phyllus. *Cor.* 5 - petala. *Germ.* 2 - 5. *Stigm.* ſeſſilia compreſſa. *Capſ.* totidem, leguminoſae, roſtratae. *Sem.* ſubgloboſa nitida.

Species vide in WILLD. *ſp. pl. II. 2. p. 1221.* (Polyand. Digyn.).

*334. HYPERICUM. *Cal.* 5 - partitus. *Cor.* 5 - petala. *Capſ.* valvulis inflexis 3 - locularis. *Sem.* plurima, receptaculo libero centrali affixa.

1. H. *hyrcinum*, caule fruticoſo ancipiti; foliis ſeſſilibus ovatis; pedunculis ſuperne incraſſatis bracteatis, bracteis duobus oppoſitis; calycis laciniis ovatis acutis corolla brevioribus; ſtaminibus corolla longioribus. — *Filamenta baſi libera, non faſciculatim connata. Variat raro ſtylis 4 - 5, totidemque capſulae loculamentis* (Polyadelph. Polyand.).

* HELLEBORUS. *Vide ſupra gen. 331.*

* ISOPYRUM. *Vide ſupra gen. 328.*

TETRA-

TETRAGYNIA.

335. Dicera. *Cal.* 4-5-partitus. *Pet.* 4-5, trifida. *Anth.* apice 2-cornes. *Nectarifera* corpuſcula 4-5, germen cingentes. *Bacca* 4-locularis. *Sem.* gemina.

1. D. *ſerrata*, foliis oppoſitis cordato-ovatis inaequaliter ſerratis; racemis lateralibus compoſitis. — Elaeocarpus *Dicera* Willd. *ſp. pl. II. 2. p. 1170. Cfr. ſupra gen.* 299. *Stam. 16-20.* (Polyandr. Monogyn.).

336. Wintera. *Cal.* 3-lobus. *Pet.* 6. *Germ.* clavata. *Stigm.* ſeſſilia, plano-depreſſa. *Baccae* 4, obovatae.

1. W. *aromatica*, pedunculis aggregatis terminalibus ſubtrifloris; floribus hexapetalis tetragynis; baccis tetraſpermis. — *Syſt. Veg. p. 543.* (Polyand. Polygyn.).

PENTAGYNIA.

*337. Paeonia. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala. *Germ.* 2-5. *Stigm.* ſeſſilia, compreſſa. *Capſ.* 2-5, leguminoſae, roſtratae. *Sem.* ſubgloboſa, nitida.

Species vide in Willd. *ſp. pl. II. 2. p. 1221.* (Polyand. Digyn.).

*338. Aconitum. *Cal.* 0. *Pet.* 5, ſupremo galeato. *Nect.* 2, pedunculata; calcare recurvo, ſub galea recondita. *Piſt.* 3, 4, 5. *Capſ.* totidem, leguminoſae. *Sem.* arido-baccata.

Species vide in Willd. *ſp. pl. II. 2. p. 1232.* (Polyand. Trigyn.).

*339. Caltha. *Cal.* 0. *Cor.* 5-petala, plana, regularis. *Nect.* 0. *Germ.* 5-10. *Styl.* 0. *Capſ.* totidem, leguminoſae, compreſſae, polyſpermae.

1. C.

1. C. *paluſtris*, caule erecto ramoſo; foliis reniformibus crenatis: pedunculis unifloris, capſulis compreſſis. — (Polyand. Polygyn.).

P O L Y G Y N I A.

340. WINTERA. *Cal.* 3 - lobus. *Pet.* 12. *Germ.* 8. *Stigm.* ſeſſilia, plano - depreſſa. *Baccae* 8, obovatae, ſubdiſpermae.

1. W. *granadenſis*, pedunculis axillaribus trifloris elongatis; floribus dodecapetalis octogynis; baccis ſubdiſpermis. — WILLD. *ſp. pl. II.* 2. *p.* 1239. (Polyand. Tetragyn.).

341. XYLOPIA. *Cal.* 3 - phyllus. *Cor.* 6 - petala. *Anth.* ſubſeſſiles *Germ.* 2 - 15. *Stigm.* longa, tenuia. *Capſ.* totidem, pedicellatae, 2 - loculares. *Sem.* 1, incomplete arillatum, lucidum.

Species vide in WILLD. *ſp pl. II* 2. *p.* 1270. *Syſt. Veg. p.* 871. (Gynand. Polyand.).

* 342. HOTTUYNIA. *Cal.* 4 - phyllus. *Cor.* 0. *Thalam.* elongatus, ſtaminibus piſtillisque mixtis tectus.

1. H. *cordata.* — *Gen pl. ed.* SCHREBER. no. 1389. (Monoecia Monandr.) *In Syſt. Veg. juſtum locum obtinet.*

* 343. PHYTOLACCA. *Cal.* 0. *Cor.* 5 - petala, perſiſtens. *Styl.* 10. *Antrum* carnoſum, ſuperum, depreſſo - globoſum, 10 - loculare. *Sem.* ſolitaria, lenticularia, nitida.

1. Ph. *icoſandra*, floribus icoſandris decagynis. — *Rectius* polyandra *nominanda*, — (Decand. Decagyn.).

*344. NIGELLA. *Cal.* o. *Cor.* 5-petala. *Nect.* suboctona, 2-labiata. *Caps.* plurimae, discretae aut connatae, rostratae, introrsum dehiscentes, polyspermae.

1. N. *orientalis*, capsulis subdenis ultra medium inferne connatis superne liberis divergentibus; seminibus orbiculatis membranaceo-marginatis; staminibus simplici serie dispositis; foliis multifidis cauleque laevibus.

2. N. *hispanica*, pistillis denis corolla longioribus. — (Polyand. Pentagyn.)

CLAS-

CLASSIS XIV.

DIDYNAMIA.

GYMNOSPERMIA.

*345. VERBENA. *Cal.* 5-dentatus, dente unico minore. *Cor.* infundibuliformis, subaequalis, 5-fida. *Sem.* immatura communi tunica vestita, matura quaterna, cortice dorsi crassiore.

Species didynamas vide in WILLD. *sp. pl. I. 1. p. 116. In Verbena officinali etiam semper stamina didynama observavi.* (Diand. Monogyn.).

346. SELAGO. *Cal.* 4-5-dentatus. *Cor.* tubus filiformis, limbus subaequalis. *Sem.* 1, vel 2, inversa.

Species vide in Syst. Veget. p. 604. (Didynam. Angiosperm.).

347. LIPPIA. *Cal.* 4-5-dentatus, per maturitatem 2-valvis. *Cor.* infundibuliformis, limbo 4-5-fido. *Pericarp.* 2, ossea, coadunata.

1. L. *cordifolia*, foliis cordatis ovatis acutis obtuse serratis scabris, caule tetragono scabro; spicis simplicibus; floribus quinquefidis; calycibus hispidis. — Blairia *cordifolia* MÖNCH *meth. p. 423.* Verbena *mexicana* L.

2. L.

2. L. *nodiflora*, spicis capitato-conicis; floribus 5-fidis; foliis cuneiformibus dentatis; caule repente. — Verbena *nodiflora* L. *Cfr.* GÆRTNER *I. p. 265. et 266. t. 56. f. 1. 2.* — (Diandr. Monogyn.).

ANGIOSPERMIA.

348. BUSSERIA. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* infundibuliformis, 5-fida. *Caps.* 4-gona, angulis spinosis, 2-partibilis, 4-locularis, calyce inflato tecta. *Sem.* solitaria.

1. B. *lappulacea.* — Verbena *lappulacea* L. SWARTZ *obs. bot. p. 16.* LOEFFLING it. 194. no. 69. (Diandr. Monogyn.).

349. GHINIA. *Cal.* 5-aristatus. *Cor.* tubulosa, ringens. *Drupa* putamine 4-5-loculari, indivisibili.

1. Gh. *spinosa*, drupa quadrispinosa carnosa, putamine quadriloculari, labii inferioris corollae lacinia intermedia integerrima; stigmate quadrifido. — Verbena *curassavica* L.

2. Gh. *mutica*, drupa mutica pulposa, putamine quinqueloculari; labii inferioris lacinia intermedia emarginata; stigmate 5-fido. *Stamina breviora sterilia, in priore omnia fertilia. Character generis ab ill.* SWARTZIO *in Fl. Ind. occ. II. p. 1057. et ab ill.* WILLDENOWIO *in sp. pl. I. 1. p. 114. datus uterque falsus est, secundum Swartzii descriptionem specierum l. c.* (Diandria Monogyn.).

350. BRUNFELSIA. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* longissima, infundibuliformis. *Theca* baccans, 1-locularis, 2-valvis. *Recept.* maximum, fundo thecae adnatum, paleaceum. *Sem.* plurima.

1. B.

1. B. *americana*, foliis ellipticis acuminatis, petiolis longioribus; corollae tubo erecto, limbo integro; — (Pentandria Monogyn.).

*351. GRATIOLA. *Cal.* 5-phyllus, faepe calyculo 2-phyllo auctus. *Cor.* tubulofa, limbo 4-5-fido. *Capfula* 2-locularis: diffepimento fimplici valvulis parallelo.

1. Gr. *Monnieria*, foliis oblongis integerrimis; pedunculis unifloris folio longioribus; calyculo 2-phyllo; corolla quinquefida; ftigmate capitato; caule declinato.

2. Gr. *repens*, foliis ovatis; calyculo nullo; corolla quadrifida; ftylo bifido; ftigmatibus geminis; caule repente. — *Stamina in utraque fpecie didynama.* (Diandr. Monogyn.).

CLASSIS XV.

TETRADYNAMIA.

SILICULOSA.

352. Bunias. *Drupa* corticata, 2 - locularis, loculis ſibi ſuperimpoſitis 1 - ſpermis.

353. Erucago. *Drupa* corticata, 4 - locularis, loculis ſibi per paria ſuperimpoſitis 1 - ſpermis.

354. Pugionium. *Pericarpium* transverſe ovale utrinque in proceſſum pugioniformem productum, 1 - loculare. *Sem.* 1, arillatum.

355. Cakile. *Pericarp.* lanceolatum, ſubtetragonum, medio utrinque 1 - dentatum, biarticulatum, ad articulos ſecedens, articulis 1 - ſpermis.

356. Succowia. *Silicula* vera, globoſa, undique echinata, ſtylo conico indurato terminata, 2 - ſperma. *Cal.* baſi aequalis. *Stigm.* radiatum. Mönch. Medicus.

